



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

68. f. 29.



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK  
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

---

68. F. 29

---





88. f. 29  
¶ DE VERA NOBILITATE O

lum: completam ipsius rationem  
& virtutes quae generis nobilita-  
mis decent ac exornant depre-  
adiectis passim grauibus au-  
thorū cū gentilium tum  
sacrorum sententijs/  
scripturæ sanctæ tes-  
timonijs/claro-  
rumq; viro-  
rū exem-  
plis.

Sic ingredere vt te ipso quotidie doctior  
Sic egredere vt in dies patiar Christianos  
Reipublicæ utilior evadas.

¶ Venale habetur in officina Henrici Stephani cal-  
chographi e regione scholarum Decretorum.

**L**udocus Clichtoueus Neoportuensis/gene-  
roso & claris orto natalibus / domino Iacobo  
Ambasiano:veram nobilitatem exoptat.



Onsueuerunt viri literarū studiō ad-  
dicti / cum discessuri essent ab ijs qui-  
buscum familiariter vicitarunt / aut  
diuturnam habuerūt consuetudinē:  
ipsis aliquod memorabile documen-  
tum relinquere / quod ad vitam recte  
insutuerādam apprime conduceret.

**Athenodo-  
rus.** Nempe Athenodorus philosophus cum ab Augu-  
stus. stō in patriam recederet / petijsletq; Augustus vt si-  
bi aliquod traderet doctrinæ monumētum: inquit.

**Cæsar** si tibi contigerit irasci: nichil prius dixeris/fe-  
cerisq; / q; quatuor & viginti literas mente percurre-  
ris. Idem fecit & Gymnosophista Alexandro ma-  
gno sciscitanti quonam pacto imperitans ingētem  
sibi gloriā cōpararet; ne sis terribilis inquit. Deniq;

**Aristipp⁹.** Aristippus / Socratiç⁹ philosophus a Rhodijs post  
naufragium / ob insignem doctrinā honorifice ex-  
ceptus / amplissimisq; donis ornatus: comitibus suis  
domū redire parantibus / & quidnā patriæ referre  
eis mandaret percōtantibus: renūciate (inquit) ci-  
uibus nostris / tales liberis opes / taliaq; viatica pa-  
randa esse: quæ naufragium etiā passos ipsos si-  
mul enatando sequantur. Et probe hī quidem/sci-  
teq; fecerunt. Nam si cōmendantur qui iam abitu-  
ro amico xenium dono dant / aut annulum aureū/  
aut simile id genus munusculum: quo absens ami-  
cus conspecto / in memoriam assidue reuocetur ami-  
ci / nullāq; illius vnq; capiat obliuionē. qđ tamē do-



Digitized by Google

barium & deperdi facile potest et futripi: soliq: cor-  
pori affert ornamentum. quanto potius probandi  
sunt: qui i syncerū pignus amoris munus amico re-  
linquent nullis fortunæ casibus obnoxium/ quod  
animum exornet/ & ad rectam ipsius institutionem  
magnopere conferat. Itaq: horum inductus exem-  
pli mi Iacobe imprimis amice/tibi a nostro contus-  
bernio (in quo multos annos dulcissima necessitudi-  
ne/cotidiano cōuictu/ et mutuo amore deuincti vi-  
tam egimus) iam discessuro/ atq: clarissimorū pa-  
rentum tuorum decreto ad militarem traducendo  
disciplinam/cum postremum vale amicorum more  
dicerem: id vnum te admonui/ vt sanguinis tui no-  
bilitatem animi quoq: generositate adornares/red-  
deresq: te ipsum non minus virtute q: genere nobis-  
lem. Verū vt id ipsum quod tū paucis adhortat⁹ sū/  
& altius animo figas/ & quanā ratione efficiūdum  
sit clarius agnoscas: operepreciū duxi ea de re lati⁹  
differere/ & quæ ad cōparandā animi nobilitatē po-  
tissimū valent: breui libello apertius explicare. Itaq:  
hunc succiso studio inter grauiores occupationes  
vtcūq: absolutū/ad calcēq: perductum: lectitādum  
ad te mitto. Non gēmas quidē Indicas/ aut rutilās  
aurum/quod fuluis Tagus harenis voluit & Her-  
mus: sed xeniolū tibi offero cartaceū/ atq: incude Tagus.  
Hermus.  
literaria elaboratū/ vtpote præsens de vera nobili-  
tate opusculū. quo mei licet absētis memoriā nulla  
ab animo tuo deleat obliuia/ nostraq: antiquę me-  
mineris amicitię: quoties codicillū hunc aspectau-  
ris/ ab aio singularis in te beniuolētiæ & affeclus ple-  
no profectum. Quē sane tibi vni nūcupandū eluci-  
braui: vt qui sis Ambasianorum clara propagō/ ve-

Cicero.

rūq; genīmē/atq; ex splēdida illa domo rerū gestā  
rū gloria titulīq; ecclesiasticis admodū insigni/ illu-  
strem duxeris originē: pro virib; enitaris (quēad-  
modū tibi hinc discedēti etiā suggesti) illi sanguinis  
claritudinī præclarā adiūcere animi nobilitatē: i vir-  
tutis actione/officioq; & vſu cōſistentē. vnde demū  
totus euadas & integer/nobilitate honestatus: neq;  
ſolo habearis aut ſis parentū genere nobilis. Ad qđ  
(ni fallor) hæc noſtra lucubratiūcula nō nichil adiu-  
menti præſtabit/neq; cōtemnēdā feret opē: ſi modo  
eius præcepta operi accommodaueris/atq; lectioni  
actionē adiūxeris.qđ vtq; teſpero facturū/neq; deſ-  
ſciturū ab egregia illa indole animiq; ad virtutē ar-  
dore/que in te haud mediocriter efferuere perſpexi.  
Si quidē meminiſſe te decet illius Ciceronianę i offi-  
cijs ſentētię. Sed vt nec medici/nec imperatores/nec  
oratores q̄uis artis præcepta perceperit: quicq; ma-  
gna laude dignum ſine vſu & exercitatione cōſequi  
poſſunt. ſic officij conſeruandi præcepta tradūtur:  
illa quidem vt faciamus ipſi/ ſed rei magnitudo vſū  
quoq; exercitationēq; deſyderat. Idē quoq; i Rheto-  
ricis ait. Oratori minimum eſt de arte loqui: ſed mu-  
to maximum ex arte dicere. Cui haud diſſimile eſt

Mātuan⁹. quod canit Mantuanus.

De virtute loqui: minimum. virtutibus vti:

Hoc Sampsonis opus.

Dabis itaq; enixe operā vt quæ hīc ad nobilitatis  
ornamētū ſpectatīa afferūtur: et diligēter euoluas/ et  
diligētius tibi vēdicare cōtēdas/totisq; animi neruis  
ad id aspires: vt nō futiſis aut ſurdis aurib⁹ accepta  
tibi videatur hæc noſtra exhortatio. Vale/ & Iudo-  
cum tuū qua ſoles beniuolentia ſemper proſequere.  
Pariſijs/ M.D.XII, Idibus Auguſtis.

**I**udeoi Clichtouei Neoportuenis / ad inclytum  
& clara stirpe spectabilem dominum Iacobum Am  
basianum/de vera nobilitate libellus,

**¶ Quid nobilitas & quot eius species. CAP. I.**

**N**obilitatem diffiniunt authores esse ge  
neris vel alterius rei excellentiam ac di  
gnitatem. Hanc ita dictam volūt quā  
li noscibilitatem: q̄ quis ea re qua cāte  
ris eximie præstaret facile conspicuus/  
notusq̄ redderetur & haberetur . Eius

species Aristoteles i quarto Politicorū quatuor enu  
merat: ut pote nobilitatem diuitiarum generis virtu  
tis & disciplinæ. Nichil quoq; prohibet & a patre/  
soliq; nat alis splendore nobilitatem interdum dedu  
cere. Nam amplitudo patriæ atiquumq; decus: plu  
rimum valet ad laudem & gloriam comparandam.

Sed ea perq; exigua est modiciq; momēti : nū illi vir  
tutis quoq; præstantia accedat/quaē velsola vere ho  
minem nobilitat. Proinde Themistocles cū esset pa  
tria Atheniensis/Seriphio cuiā in contentione ob  
iectati q; nō propria virtute sed patriæ splendore glo  
riosus factus esset: recte respondisse fertur. Negq; tu si  
Atheniensis esses/clarus extitisses : negq; ego si Seri  
phius essem/ignobilis/significans hisce verbis se rerū  
gestarū magnitudine & gloriā clarū factū : negq; pa  
triū solū ad id quidq; cōtulisse. Sic Anacharsis philo  
sophus exprobranti sibi Attico q; Scytha esset: au  
thore Laertio præclarer espondit. At nichil quidem  
michi probro est patria: sed patriæ tu. ¶ Verum pr  
termis alijs rebus/ vnde nobilitas multifariam de  
sumi posset: duas duntaxat eius species pertractabi

Aristoteles  
Cap. 4.

Themisto  
cles.

Anachar  
sis.

Laertius.

a iii.

## De vera

mus / duabus partibus ex quibus humana coalescit  
substantia / corpori inquam & anima cōgruenter re  
spōndentes : vtputa nobilitatem generis & virtutis.

Quidgenē: Generis nobilitas est a maioribus & proavis dedu  
cis nobili / Ita generis excellentia & præstabilitas . Et hæc sane  
corporis conditionem / naturamq; respicit : quando,  
quidem idipsum nascentes ex parentum propagine

Quid virtu / traducimus. Virtutis vero nobilitas est ob insignem  
tis nobili / animi virtutem / morumq; probitatē comparata ex  
tas.

cellens gloria & dignitas. Quam quidem ad animū  
ptinere addubitauerit nemo : cū vītu & assiduo bonę  
operationis exercitio excultus anim⁹ eā sibi peculia  
Chrysostō / rē asciscat. De hac Chrysostom⁹ ait. Ille clar⁹ / ille sub  
limis / ille nobilis / ille tunc integrā nobilitatem fua  
putet : si dedignetur seruire vicijs / & ab eis superari.

Apuleius. Vtrāq; autem harum Specierū complexus est Apu  
lieus Madaurelis : cum de quodam dicit. Quem no  
excellentia generis : sed mores / virtutesq; nobilitau  
rūt. Porro ex hisce duabus coniunctis atq; vna cō  
nexis : tertia enascitur nobilitatis species / vtrāq; su  
pradictarum complectens / scilicet nobilitas generis  
atq; virtutis. quæ est cum generis / tum virtutis in uno

Quid nobi eodemq; hominē præcellentia & eminentia . Ethæc  
litas gene plane vera est (qua de disserere istituimus) absoluta q;  
ris et virtu & consumata nobilitas : q; vtrāq; in se contineat / vn  
de completa nobilitatis ratio integranda est. Nempe  
si corpus humanū detur animæ expers / aut anima  
vacans corporis integumento : haudquaq; perfectus  
constituetur homo. sed & corpus & animam ad inte  
gram hominis coalescentiam / atq; compositionē cō  
currere opus est. Ita sane nec sola generis præstantia  
virtute deslita / nec sola virtus humili obscuroq; lo-

eo abstrusa/hominem reddit vere & solide nobilem;  
sed ingenua propago ex parentibus deriuata/vna cū  
eximio virtutis splendore ipsam exornante.

**C**Quænam sit duarum primarum nobilitatis sp̄e  
cierum adinuicem habitudo. **CAP. II.**



Abent autem duæ primæ nobilitatis species latam iter se dignitatis differen-  
tiam: & eandem ferme adinuicem ser-  
uāt habitudinē / quā corpus & anima  
humana/quibus apta ratione propor-  
tioneq; (vt dictū est) respōdent. **C**Enī  
vero sicut anima omnium consensu & cōfessione lō-  
ge præstantior est corpore: ita quoq; proprietas &  
qualitates animæ multo habentur præclariores q; eç  
quæ soli corpori sūt addictæ. **N**imirum igitur si virtu-  
tis nobilitas maiorem sortita sit dignitatē q; ea que  
generis est. **I**nsuper hęc ex alieno pēdet/vtpote ma-  
iorum progenie/quæ hunc ex clara parentum stirpe  
sustulit: illum vero humili & obscurō loco addidit i lu-  
cē. Itaq; hoc ipsū nō nostrū est bonū: sed aut progeni-  
torū qui nobis prima nascēdi fundamēta iecere aut  
naturæ que tale nobis indidit nativitatis exordium.  
**Q**uéadmodū apud Ouidium Vlices Aiaci suā ins-  
flata bucca iactitati nobilitatem/ scite respondit.

Ouidius.  
Vlices.  
Ajax.

Nam genus & proauos & que non fecimus ipsi:

Vix ea nostra voco. **E**t Seneca. **Q**ui genus **S**eneca.  
laudat suū: aliena laudat. Apuleius etiā dicit. **S**i lau-  
das aliquē quia generosus est: parentes eius laudas.  
**A**t vero nobilitas virtutis tota nostra est: nostrūq; bo-  
nū nō ex hæreditaria patrū successiōe nobis obueni-  
ēs: sed nostro ipsorū labore partū / nostra cōparatū  
opa atq; vigilatia. **K**ursū nobilitas generis plerūq;

A iiiij.

## De vera

principium habet ignobile / & primos illius stirpis  
authores nulla claritudine insignitos . Quid obse-  
cro Rhomanis primariam præstítit originē? Asy-  
lus plane illud quod cōstituit Rhomulus . ad quod  
Rhomul⁹ vndiquaq; certatim confugientes finitimi / conue-  
næ / inopes & ignobiles: vrbi tā amplē prima dede-  
re incremēta. Qd̄ Iuuenalis octaua satyra sic inuit.  
Iuuenalis. Et tamen vt longe repetas / longe q; reuoluas  
Nomen: ab infami gentem deducis asylo.  
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum:  
Aut pastor fuit / aut aliud quod dicere nolo.  
Sepenumero itidem intercidit antiqua & longo re-  
cēpta stēmate stirpis nobilitas: aut morte / aut igno-  
minia. cum qui ex clara domo supersunt vt postre-  
mē illius reliquiae: aut fato eripiuntur ante suscep-  
tā sobolem / aut ob aduentitium quiddam tristī deho-  
nestantur & publica ignominia / tituloq; nobilitatis  
exuuntur. Neq; id quidem mirū. Nam cum fortui-  
tum quoddam & exterum sit bonum : more cæte-  
rorum id genus bonorum instabilitati & mutatio-  
ni est obnoxium. Atqui virtutis nobilitas etsi prin-  
cipium habeat in eo qui primū eam sibi impigre ve-  
dicat: finis tamen & interitus nescia / imortalem illi  
gloriam & perenne nomen parit. Cognitionem si-  
quidem habet cum virtute / cuius proxime sequitur  
conditiones: claraq; & æterna habetur. Neq; ullam  
infamia notā suo possessori inuri sinit: sed ab omni-  
eum vindicās dedecore & turpitudine / fama super  
æthera notum ac celebrem reddit. ¶ Quid q; bo- 4  
nis & malis nobilitas generis communis est: neq;  
probum a prauo secernit ? Animi vero nobilitas:  
solis bonis & virtute præditis competere potest.

## Nobilitate.

Sicut autem ea quae hominis sunt propria / ijs praestabiliora censentur quae eidem cum animantibus rationis expertibus sunt communia: ita quae solis coueniunt bonis / nimirum excellentiora sunt ijs quae etiam malis comunicantur.

¶ Adhuc de eodem / nobilitatem scilicet virtutis generis præstantiorem esse. CAP. III



I setiam & id accedit: q[uod] ob solam generis nobilitatem nullus homini debetur honor / aut laus . quandoquid[em] authore Aristotele: ijs que a natura nobis aſſunt / neq[ue] laudar[unt] neq[ue] v[er]ituperari debe. Aristoteles mus. Q[uod] autem nobilibus genere sicut & opulentis / iure meritoq[ue] debetur honor: id ipsum non ob solam generis aut diuitiarum rationem contemplatione fit. sed ob coniunctam ipsis virtutem: aut quae existimatur (vt debet) esse illis coiuncta. Debet enim eos qui ceteris nobilitate / diuitijs aut magistratu præstant: & virtute quoq[ue] (ſi vecordes / ignauisq[ue] no[n] ſunt) alios anteire. Hinc Aristoteles in quaero Ethicorum de magnanimitate differens / nobiles (inquit) & qui in dignitatibus ſunt constituti vel diuites: digni censentur honore. In excellētia namque constituti. atq[ue] omne bonum quod excellit: dignum est magis honore. Re autē vera ſolus bonus est honorabilis. atq[ue] iij quidem quibus insunt ambo: digni magis honore censentur. Qui vero ſine virtute talia bona habent: iij non iure ſeipſos dignos magnis honoribus censent / neq[ue] magnanimi recte dicuntur. no[n] enim ſunt hæc: ſine accumulata virtute. Sic ille. Virtutis vero nobilitas et laude imprimis dignum reddit hominem & honore. Siquid[em] ſoli virtutis et laus

Aristoteles Cap. 3.

## De vera

debetur ut præmī: & honor, cum ipsa proprio ho-  
mīnis studio / assiduo labore/ grauiq; sudore parta-  
rit: neq; ex alieno nobis existat accessoria. ¶ Ad hoc  
virtutis nobilitas sine sanguinis generositate: merito  
laudi dāda est. Quis enim virū probum & egregia  
virtute præditū (quis obscurō loco natus sit) iure nō  
laudauerit. Ediuerso vero generis splendor illustris  
sine virtutis ornatū/nō modo laudēnō meretur: sed  
potius ignominiā . Etenī qui vicijs est sordidus/ ta-  
met si nobilis genere natus: nequaq; commēdatio  
nē dign⁹ est, quinimo graui afficēdus pbro atq; vi-  
tuperio: q; ab autā pbitate & præclaris maiorū mo-  
ribus degenerauerit atq; desciuerit/ q; insignes gene-  
ris titulos vitę turpitudine foedauerit/ indicēq; virtu-  
tis ap̄litudinē generis sine virtute ostēauerit. Q d̄ at

Chrysosto- tellat Chrysostomus dices. Nobilitas vel bonitas co-  
mūs. gnatorū nō valet: nisi fuerim⁹ nos ipsi boni. Est igit̄  
virtutis q; generis nobilitas laudabilior & pide eligi  
biliōr. ¶ Et certe eligēda potius est virtutis nobilitas  
sine stirpis splēdore: q; sanguinis claritudo sine virtutis  
excellētia. quēadmodū hoc carmine notat Satyric⁹.

Iuuenalis. Malo pater tibi sit Tersites: dum modotus sis  
Tersites. Eacide similis Vulcaniaq; arma capessas  
Achilles. Q̄ te Tersite similem producat Achilles.

Quod autē altero magis eligendū: eo ipso præstati⁹  
esse dīoscitur. ¶ Demū nobilitas generis ea dūta-  
xat rationelaudat: quatenus sociā habet virtutis clari-  
tatē. quā si detrahas: ap̄lius illa nichil habet qđ iu-  
re laudes. Est igit̄ virtutis claritas (propter quā il-  
la laudatur) merito commēdator. Id plane Satyric⁹  
mutorū aialiū exēplo nobis insinuat: cū stomacho  
cōtra intumescentes ob claram stirpem inclamans.

Dic michi Teuerorum proles: animalia muta Iuuinalis.  
 Quis generosa putet nisi fortia? nempe volucrem  
 Sic laudamus equum: facilis quo plurima palma  
 Feruet & exultat rauco victoria circo.  
 Ergo ut miremur te non tua: primum aliquid da.  
 Karus enim ferme sensus communis in illa  
 Fortuna, sed te censeris laude tuorum  
 Ipse ego noluerim: sic ut nichil inde futuræ  
 Laudis agas. miserum est alienæ incumbere famæ.  
 Q[uod] nobilitas generis a virtutis splendore prima in  
 acceperit suam originem. CAP. IIII.

 V pradicis autem & id adiicendum:  
 q[uod] stirpis nobilitas suum exortu pri-  
 mitus habuerit a nobilitate virtutis/  
 est q[uod] hæc illius primitiva & origina Vnde pri-  
 lis causa. Nempe apud antiquos cum munera e  
 qui spia admiranda virtute insignis loco generis no-  
 bilitas.  
 ge cæteros antecelleret: egregijs (vt par erat) effere  
 batur laudum praæconijs & graui authoritate con-  
 spicuus ante alios habebatur. Trasiuit & ea laudis  
 commedatio ad posteros: vt filij & nepotes eius ob-  
 paternæ aut auite virtutis claritatem illustres & in-  
 ter cæteros primi haberentur. Qui ergo primū no-  
 biles dicti sūt: id a virtute preclarū acceperūt elogiū.  
 illorumq[ue] liberi a benefactis & meritis parens nobi-  
 litatis denotionē mutuati sortitiq[ue] sūt: q[uod] a p[re]claris  
 & virtute splendidis viris exorti fuerint. At quicauis  
 (vt sentiunt philosophi) p[re]stator esse eo q[uod] ab ipsa p[ro]fessione  
 c[on]sideratur. Est igitur onus fariā dilucidū: virtutis genero  
 sitatē ea q[uod] stirpis est priorē esse & digniorē. Porro te-  
 ste Salustio: vnaqueq[ue] resijs artib[us] cōseruatur q[uod] b[ea]tus Salustius.  
 priūnū parta est. Itaque si nobilitatis nomē primū iue-  
 sit & iduxit splendida parentū virtus & probitas: si

## De vera

illam cōfēctantur posteri/ moresq; imitātur auctos/ vere nobiles sūt & tāto nomine digni. Si vero a prāclara parētum bonitate honestateq; vītæ discesserit: reuera ignobiles sunt/ quoniam id ipsum a quo nobilitas p̄imum dependet/ nequaq; obtineant/ neq; alijs coram exhibeant. ¶ Ceterum neq; illud prātermit- tendum vīdetur: ex quo dilucide perspicietur nobilitatis animi supra eā quae stirpis est & sanguinis/ eminētia. scilicet virtutis nobilitatem id proprium habere et peculiare: q; minime materiā p̄estat vīcio & turpitudini. vt quae illi proorsus aduersetur / & oppositis militet castris. Nobilitas vero sanguinis interdum tumidos animo & insolentes eos reddit/ qui ex illustribus progeniti sunt parentibus: si virtutē non habeat huiuscē elationis domitricem & conculatricem. Solent enim plerūq; alios obscuro æditos & humili teato tanq; contemptibiles paruipendere & dedignari. quemadmodum his versibus exprimit Satyricus.

Iuuenalis. Plance tumes alto Drusorū sanguine: tanq;  
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis essem.  
Vos humiles (inquis) vulgi pars vltima nostri:  
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis/  
Aſt ego Cecropidas. Verū id tibi dicitur: at tu  
Nil niſi Cecropides/truncosq; simillimus Hernē.  
Nullo quippe alio vincis discriminē: q;  
Illi marmoreum caput est: tua viuit imago.

Aristoteles. Cui itidē sententia/ astipulatur Aristoteles in qua Cap. 3. to Ethicorum dicens. Qui sine virtute nobilitatē/ diuitias & magistratum habet: contemptores / petulantesq; fiunt. Nō est enim facile: sine virtute res ferre secundas. Atq; cum æquabiliter ferre non possint/ puertentq; se ceteris antecellere: illos quidem despiciunt.

Accedit eisdem Seneca in libro de quatuor virtutis Seneca.  
 bus dicens. Magnanimitas si se supra modum extollit:  
 facit virum minacem/inflatum/inquietum/& turbidum/& in quascunq; excellentias dictorum/factos  
 rūq; neglecta honestate festinū. Nobilitas autem gene  
 ris ad magnanimitatem vt particula quædam attinet/  
 viamq; ad eā sternit. ¶ Proinde si per seipsum atte  
 datur/nullo comitata atq; instructa animi ornamen  
 to:non reddit (vt paulo ante etiam dictum est) virū  
 laude dignum/neq; preclaris illustrat titulis:q; deco  
 rem suum & fulgorem accipiat (vt modo discussum  
 est) a virtute/præcipua quidē vere nobilitatis ratiōe.  
 Quod itidē annotauit hoc carmine Satyricus.

Stemata quid faciūt? quid prodest Pontice longo. Iuuenalis

Sanguine censeri: pictosq; ostendere vultus

Maiorum/& stantes in curribus Aemilianos?

Quis fructus generis/tabula iactare capaci

Famosos equitum cum dictatore magistros:

Sic coram Lepidis male viuitur: effigies quo

Tot bellatorum:sil luditur alea pernox?

Prima michi debes animi bona: sanctus haberi

Iustitia&q; tenax factis/dictisq; mereris. Et rursū.

Quis enim generosum dixerit hunc:qui

Indignus genere & preclaro nomine tantum

Insignis? Cui cōsonat Seneca epistola quadra: Seneca.

gesima quarta dicens. Non facit nobilem:atriū plenum

imaginibus .nemo in nostram gloriam vixit/ neq; quod ante nos fuit: nostrum est/ animus facit

nobilem.Q uis est generosus? ad virtutem bene a

natura compositus. ¶ Vnde si constituantur / pro-

ponanturq; duo viri:vnuis genere quidem nobilis

sed facinorosus & sceleratissim⁹/ alter vero humili

De vera

familia natus & ignobilis sed virtute & animi magnitudine mirifice praestans: quis huc secundum primo non extulerit? Quemadmodum de Catilina sceleratissimo & Cicerone clarissimo viro: hoc carmine notat Satyrus.

Iuuenalis. Quid Catilina tuis natalibus atque Cethegi  
Catilina. Inueniet quisque sublimius: arma tamen vos  
Cethegus. Nocturna & flamas domibus templisque parasitis.  
Cicero. Sed vigilat consul/vexillaque vestra coeret.

Hic nouus Arpinas ignobilis: & modo Rhomae  
Municipalis eques: galeatum ponit ubique  
Præsidium attonitus: & in omni gente laborat.  
Tantum igitur muros intra toga contulit illi  
Nominis & tituli: quantum non Leucade/ quatum  
Thessaliam campis Octauius abstulit vido  
Cedibus assiduis gladio. sed Rhoma parentem  
Rhoma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.  
Simile etiam esse iudicium de Nerone ipurissimo ac sceleratissimo/ et Seneca viro grauiissimo et eruditissimo:  
quod hic illi longe præferendus est et si genere sit ignobilis/ sentit idem poeta.

Iuuenalis. Libera si dentur populo suffragia: quis tam  
Perditus/ ut dubitet Senecam præferre Neroni?  
Cuius supplicio non debuit una parari  
Simia: nec serpens unus/nec culeus unus.

(¶) Postremum si qua species supereminenter & peculiariter generis nomen sibi vendicat: id argumēto est ipsam principatum habere super alteram speciem/ quod id super excellentis denominationis insigne non obtinet. Ut si solum animal/hominem dicemus: non quo alia ab animali ratione secludamus/ sed ut iter animalia hominem primatum habere insinuemus. Et si hominem vocemus metē: non corpus ab ipsius cōpositi

tione excludētes/sed mētē potiōrē hominis partē esse  
significātes . Atqui virtus animiq; nobilitas sortitur  
peculiariter nomē nobilitatis / sui generis: cū exclusio  
ne alterius speciei . vt apud Satyricū octaua satyra .

Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ

Iuuenalis.

Atria:nobilitas sola est atq; vnica virtus. Et iterum.

Nobilitas sola est: animum quæ moribus ornat.

Cui consonat illud Ouidianum de Ponto.

Ouidius.

Non census nec clarum nomen auorum:

Sed probitas magnos ingeniumq; facit.

Q uod sane dictum intelligatur/ non quidem vt ge-  
neris nobilitas prorsus a nobilitatis ratione denote-  
tur aliena & extranea: sed vt primaria & principalis  
nobilitatis ratio designetur in virtute & morum ite-  
gritate constituta. Constat igitur multifariam:nobi-  
litem animi quæ virtute paratur/nobilitati generis  
esse longe præferendam. Porro ex hac collatione cō-  
paratione q; haec tenus facta perspicue liquet: tertiam  
nobilitatis speciem/quæ & genus & ingenuos mores  
complectitur/ esse sola animi nobilitate prestantiore.

Sunt enī plura bona paucioribus eligibiliora/ & du-  
plex bonum simplici melius. quidquid item hēc com-  
plectitur boni: & illa itidem cōtinet/ & insuper aliud  
adīcit bonum. Ex quo protinus etiam cōficitur: no-  
bilitatem generis & animi/ sola generis nobilitate es-  
se electiorem Nempe nobilitas vtriusq; simul sūpta/  
nobilitate animi est perfectior: vt modo ostēsū est. &  
hæc solā corporis nobilitatē dignitate trāscēdere / ja-  
plurifariā monstrata est. excedit igitur gemina nobili-  
tas:vnicā corporis atq; generis nobilitatem. Quid-  
quid enī maius est maiore: maius est & minore. et  
quo d nobiliore nobilius est; & ignobiliore.

**¶** Q[uod] ob generis nobilitatem non est animo intume scendum.

CAP. V.



T quoniam in praecedentibus dictum est: stirpis nobilitatem plerisque imbecillis animo & infirmis ansam præbere & aperire fenestram ad sui extollentiam / tumiditatem cordis / & insolentiam / quod saepius vsu venire comper- tum est: adhibendum est huic morbo salutare remedium / & opponendum huic mortifero veneno effi- cax antidotum / quod ipsu expellat. ¶ Cuius sane cu- rationis efficiūdā peritus artifex aduocādus est Se- uerinus Boetius: in tertio consolationis philosophicē libro luculenter ostendens non esse inaniter & vane gloriandum de generis nobilitate. tum q[uia] ipsa alienū est bonum: atq[ue] a parētibus deriuatum . tum q[uia] laus a meritis parentum emanans / ipsos quidem paren- tes claros reddit: filios vero nequaq[ue] / nisi propriam habeant virtutis claritatem qua sint insigniter splen- didi. Verba Boetij sunt hæc. Iam vero q[uia] sit inane / q[uia] futile nobilitatis nomen: quis non videat? quæsi ad claritudinem refertur: aliena est . Videtur namq[ue] esse nobilitas: quædam de meritis veniens laus parentū. Q[uod] si claritudinē prædicatio facit: illi clari sint necel se est qui prædicatur. quare splēdida te (si tuā nō ha- bes) aliena prædicatio nō efficit. Q[uod] siq[ue] est i nobili- tate bonum / id esse arbitror solum: vt imposita nobis libus necessitudo videatur/ ne a maiorum virtute de- generent . ¶ Rursum. quibus unus idemq[ue] pater est / præcipuus & primus: iū nullū habent originis discri- men atq[ue] diuersitatem. Omnibus autem hominibus idem est pater coelestis: ad quem diuina insititione

Boetius.

## Nobilitate.

edocti/cum oramus dicimus Pater noster qui es in Matth. 6.  
cœlis. Et dominus noster apud Matthæum capite Matth. 23,  
vicesimo tertio. Omnes vos fratres estis. & patre no  
lite vocare vobis super terrā: vñus est enim pater ve  
ster qui in cœlis est. Pater inquā animarū nostrarū:  
quas omnes ad imaginem & similitudinē suā fecit.  
Ipse enim fecit nos/et nō ipsi nos. Id plane Boetius Psal. 99.  
eodē libro consequenter hoc carmine cōprobat.

Boetius.

Omne hominum genus in terris

Simili surgit ab ortu.

Vnus enim rerum pater est.

Vnus cuncta ministrans.

Ille dedit Phœbo radios:

Dedit & cornua lunæ.

Ille homines etiam terris:

Dedit & sidera cœlo.

Hic clausit membris animos

Celsa sedc petitos.

Mortales igitur cunctos

Edit nobile germen.

Et quoniam ignobiles animo sunt/qui degenerat a  
sua origine: quicūq; a deo omniū authore per vicios  
rū abrupta discedunt/ diuinā in se dedecorātes ima  
ginē/ inducētesq; nebulā illi & horrendas tenebras:  
recte degeneres dicuntur & ingenerosi. quēadmo  
dum idem author in loco supradicto subnectit.

Boetius.

Quid genus & proauos strepitis?

Si primordia vestra/

Authoremq; deum species:

Nullus degener extat/

Ni vicijs peiora fouens

Proprium deserat ortum.

B.j.

## De vera

- Sicut etiam per scripturā loquitur nobis dominus.  
1. Regū. 2. Qui contēnūt me erūt ignobiles. ¶ Qz si ad corpo-  
rū originē mentis aciē deflectere lubet: & illam cō-  
periemus in omnibus eandē/vtpote terrā & lutū ex  
quo formatus est homo. Fecit enī deus (vt testatur  
scriptura) hominē de limo terre: & iſpirauit in faciē  
eius spiraculū vītæ. Idem & Iob contestatur dīcēs.  
Iob. 25. Homo putredo: & fili⁹ hominis vermis. Et rursus  
Iob. 7. alio loco. Induta est caro mea putredine & sordib⁹  
pulueris. Proinde sapiēs nostrā retundēs & depris-  
mēs superbiā (quā egregij maiorū tituli/aut stēma-  
ta clara parētum: aut alia quēuis extollētiæ materia  
suggerit) inquit. Quid superbis terra & cinis? Et de  
Eccī. 10. vnoquoq; nostrū nimirū dicitur: q; puluis est & in  
Gene. 3. puluerē reuertetur. Hęc profecto sunt nostrę omniū  
nobilitatis insignia/cinis inquā/puluīs & terra: q; no-  
biscū vel inuiti ferimus semper/& anio fixa assidue  
meditari cōtueriq; debem⁹/more nobiliū huius mū-  
di: qui maiorū suorum insignia effigiata gestāt/aut  
vestibus tapetisq; intexūt/ aut splēdidarū domorū  
parietibus insculpūt. Cūq; ad vitę nostrę calcē me-  
tāq; peruenērimus:morte resoluti/ cōmunē omniū  
matrē terrāq; repetem⁹. quę nobiliū huius sēculi ab  
ignobilibus nullū facit discerniculū: oēsq; sine discrī-  
mine suo sinu receptat/in fauillāq; redigit. Perit enī  
morte atq; intercidit clara nobilitatis gloria: neq;  
suos post funera comitatur alumnos. Quēadmodū  
graueriter & præclare libro secūdo dicit Boetius.  
Boetius. Licit remotos fama per populos means:  
Diffusa linguas explicet.  
Et magna titulis fulgeat claris domus:  
Mors spernit altam gloriam.

Inuoluit humile pariter & celsum caput:  
 Aequatq̄ summis infima.  
 Vbi nunc fidelis ossa Fabricij manent?  
 Quid Brutus aut rigidus Cato?  
 Signat superstes fama tenuis / pauculis  
 Inane nomen litteris.

- ¶ Demū primā nostrā secundū carnē originē: reducimus omnes in Adam primū parentē nostrū. Nā teste scriptura fecit deus ex vno omne genus hominū: in habitare sup vniuersam faciē terræ. Cū itaq̄ omnibus secundū corpus idē sit primitius author & pater: quid effertur / insolescūt / & turgidi inflantur / qui specimē & decus nobilitatis habet / super cæteros ignobilē domo prognatos? quid intumescunt more viris vēto distenti? Salomon quoq̄ singulari sapiētia celeberrimus / et generis itidē nobilitate splēdidissimus: haud dubie cōtestatur idem mortalibus omnib⁹ esse nativitatis exordiū / de seipso ita verba faciēs. Sum quidē & ego mortalis homo similis omnibus: & ex genere terreno illius qui prior fact⁹ est / & in vētre matris figuratus sum caro. decē mēsium tēpore coagulatus sū in sanguine: ex semine hominis & delectamēto somni cōueniēte. Et ego nat⁹ accepi cōmunē aerē: & in similiter factā decidi terrā / & primam vocē similē omnib⁹ emisi plorās. In iuolumētis nutrit⁹ sum / & magnis curis. Nemo enī ex regibus aliud habuit nativitatis initiū. Vnus ergo ītroitus est oībus ad vitā: & similis exitus. Q̄ si hæc cōmuniō oībus origo & nouissima vite meta / alti⁹ aio infigatur atq̄ tenaci⁹ h̄egreat: salutaris erit medicina presentaneūq̄ remedii ad p̄tumidū elationis & putidū vulnus (qd̄ ex carnis nobilitate succrescens ex-

Salomon.

Sapi. 7.

B.ij.

## De vera

ulcerat animū) protinus curandū:& expressā sanie purgādum. haud secus ac pauo cum deformes spe-  
ctat suos pedes: caudam pennis stellantibus explicata  
tam ilico demittit ad ima.

¶ Quadruplicem nobilium & ignobilium cū gene-  
re tum virtute modum/desumī posse. CAP. VI

**E**X annotatis paulo ante speciebus nobi-  
litatis / & totidem ignobilitatis modis  
ex opposito designandis: colligere facio.  
le est / quadrifariā variari posse (facta  
duorum siimul sumptorū/nobilitatis sci-  
licet & ignobilitatis cōbinatione) nobi-  
les & ignobiles genere atq; virtute/ sicut & quadru-  
plici ratione variatur filiorū ad parētes secundū bo-  
nitatē aut maliciā habitudo. Siquidē primo ex bo-  
nis parētibus enascūtur interdū boni filij. vt ex san-  
cta radice rami sācti/ex arbore bona bonus fruct<sup>9</sup>/  
ex suavi fonte dulces riuuli. quēadmodū ex Thobia-

**Thobias.** seniore/ Thobias iunior. Secundo ex bonis parenti-  
bus edūtur nōnūq; mali filij. tanq; pestilens fructus

ex arbore bona/ aut aqua amarula de dulci fonte  
profluēs/atq; execrabile sācta de radice genus. quē-  
admodū ex Isaac natus est Esau. Tertio ex malis  
parētibus aliquādo oriūtur boni & virtutis studiosi  
filij. vt rosē de spinis prodeūtes/ aut lilia de sentico-  
sis aculeis/ aut dulcis aqua de sentina profluēs. quē-  
admodū ex Amon genitus est Iosias. Quarto ve- 4

ro ex prauis parentibus procedūt plerūq; filij per-  
uersi/ & paternē iniquitatis imitatores. veluti ex ci-  
cuta exoriens fructus virulētus/ aut ex sentina deflu-  
ens aqua sordida/ vt & mali corui malū ouū: quēad-  
modū protritū est et frequēs apud veteres adagiū.

**Achab.** qualis fuit Ioram ex Achab progenitus. Sane hos  
**Ioram.**

rū primi & tertij merito commendandi sunt / secundi vero & quarti probro dandi & vituperio digni.  
 ¶ Haud dissimiliter primo loco dantur nobiles generē itidem & virtute , qui nō solum stirpis ampliitudinem a parentibus deducunt : sed splendidis virtutū ornamentiā eam insuper decorant . Ut de vno quoq; ipso recte dici queat: q; est veterum haud indignus auorum / & q; similis est maiorum suorum.  
 2 Secūdi assignantur nobiles quidem genere sed ignobiles moribus . qui scilicet maiorum nobilitatē probris & turpitudine contaminant / & a parentū suo rū probitate desciscunt atq; exorbitant. Quales enumerat Valerius libro tertio / cap. de ijs qui a parentibus claris degenerauerunt: Scipionis Africani filiū vecordem & ignauum. Quinti Fabij filium / suorum bonorum usq; adeo profusum : vt bonis illi paternis a pretore interdictum sit. Clodij quoq; pulchri filiū: insano amore perditissimum . & Quinti Hortensij oratoris clarissimi nepotem : in omnem effusum libidinis spurcitiam. super & cæteros : ex citato autho-  
 3 ris loco haud magno impendio dinoscendos. Tertij vero comperiuntur ignobiles genere / sed virtute clasi/ atq; insignes . qui obscuritatem sui generis splendore virtutis illustrarūt: rebus egregie gestis emicuerūt & suis claruerunt meritis. Quales in numerum dicit & memorat Valerius eodem libro tertio / cap. de ijs qui infimo loco nati / clari euaserunt: Tullū Hosiliū / Tarquiniū Priscū / Seruium Tulliū / obscuro loco & parentibus ifimis æditos: & ad Rhomanī regni fastigium euectos. Portium Catonem: & armis & literis præstatiissimum / imperatorem optimum & se- natorem. Socratem philosophum ; matre obstetricce Socrates.  
 B iij.

## De vera

Euripi des. & patre marmorario genitum. Euripidem poetam tragicum: matre olera venditatem exortu. Demosthe nes. nem oratorem clarissimum: patre cultellos fabricante natum. & alios insuper: ex adducto loco facile colligendos. His autem non in merito adiiciendus est Cicero: qui maioribus suis virtute preluxit: & emulo obiectanti sibi ignobilite probe respodit. Satius est tamen (inquit) me gestis meis florere quam maiorum opibus.

Plutarchus. nione niti: & ita viuere ut ego sim postoris meis nobilitatis initium. Et Plutarchus in Apophthegmatibus refert: quod Iphicrates quoniam cerdonis erat filius. Hermodius qui sibi nobilitatem exprobrait perbelli respodit. Meum genus a meipso initium sum: tuum autem in te finitur. Occurrent haud ulli negotio & alijs: qui penas (ut aiunt) extra nidum extenderunt: & quantum generi demptum est: virtutibus addiderunt: quicquid ex tardo asello velut equi prognati sunt. Qualem etiam Horatius se ab amico habet scribit: tenuemque parentum fortunam & domum virtute illustriorem effecisse: cum ait.

Melibertino natum patre & intenuire: Maiores pennas nido extensis loqueris. Ut quantum generi demas: virtutibus addas.

C Denique quarto loco inueniuntur ignobiles cum genereturum virtute: ex infima quidem plebe natii: & nullam virtutis dignitatem in vita adepti: marcetes ocio: torpetes desidia & prorsus ignavi. qui neque animi literis neque virtutis usu excoluere: sed in glorij vacuum transigunt: nichil praestantes quo se vixisse testentur. Horum sane quatuor generum: primi & tertii nimis laudabiles sunt & egregijs extollendi preconijs. tertii tamen cumulatius: quod maiorem virtuti consequenda

operam nauarint/nulloq; adiutū maioriū exēplo aut  
præsidio/& suis nīxi brachijs atq; pedibus:ad cul-  
men ipsius & apicē euaserint.Nō sunt tamen primi  
merita fraudādi laude atq; cōmēdatione: q; vberios  
re bono/gemioq; ornamēto locupletati florēt.Por-  
ro secundi & quarti:dānandi merito sunt & impro-  
bandi.secūdi tamē grauius:q; glorię parentū macu-  
lam notāq; intulerint haud facile abolendā/inqui-  
naueritq; acceptā a maioribus nominis & famæ cla-  
ritudinē.¶ Neq; quispiā obiisciāt/in secūdis vnum  
saltē haberi bonū scilicet generis splendorē:qđ in ijs  
qui quarti sunt generis nequaq; elucescit.& proīndc  
illos minus culpādos & vituperādos esse.Q uoniā  
illud ipsum:per se nequaq; bonū est/sed perfectionē  
a virtute exposcit.hinc propter adiectā illi morum  
prauitatē & tetrā vitę labem redditur detestabilius/  
ignominiosius & abieci⁹.Peride atq; magis ordinī  
natūrē obluctatur ac aduersum est/q; ex limpido &  
dulci fōte ebulliat aqua turbida & amara:q; sordidā  
lacunam/grauē exhalare mephitim.Hāc certe de-  
generationem/natūrę prorsus repugnare: ostendit  
Horatius libro quarto carminū/cum ait.

Fortes crēantur fortibus:& bonis  
Est in iuuencis/ est in equis patrum  
Virtus.neq; imbellem feroce  
Progenerant aquile columbam.  
Doctrina sed vim promouet insitam:  
Rectiq; cultus pectora robotant.  
Vt cunq; defecere mores:  
Dedecorant bene nata culpe.  
Atq; ediuerso illud magis in admirationem nos tra-  
hit:q; ex spinis colligat rosa/aut e saxa rupe scatu-

Horatius.

B.iiiij.

## De vera

riat exuberātior vnda:q; ex rosarijs enascī rosas/ vio  
larijs violas/ et ex liquido fonte dulces profluere tū  
nos.

**Seneca.** Attestatur idem Seneca dices. Nobilitas quoq;  
degenerantibus plus ignominiā q; laudis solet affer  
re. Quāto enī vita maiorū præclarior: tāto posterio

**Salustius.** rū socordia flagiosior. Consonat eidem Salustius  
in bello Iugurthino dices. Profecto ita res sē habet/  
maiorum gloria posteris quasi lumen est : neq; bo  
na eorum/neq; mala in occulto esse patitur . Qui  
autem demissi in obscurō vitam agunt / siquid delis  
quere: pauci sciunt/quia fama atq; fortuna eorū par  
est. Sī causam quæris: respondet Satyricus.

**Iunenalis** Omne animi viciū tanto conspectius in se

Crimen habet: quanto maior qui peccat habetur.

**Cicero.** Deniq; idem comprobat Cicero in officijs dicens.  
Optima autem hæreditas a patribus traditur libe  
ris/ omniq; patrimonio præstantior: gloria virtutis  
rerum gestarum.cui dedecori esse/ nefas & viciū iu  
dicandum. Cui respondet illud Platonis dictū. Glo

**Plato.** ria parentū natis est præclarus/ magnificusq; the  
saurus. Et quoniam secundi generis homines dede  
corant acceptam a proavis gloriā: iure plusq; cæteri  
vituperatione insectādi sunt & increpatione digni.

**CQ;** filij virtute maiorum suorū & gloria pro  
uocari debent ad res præclaras agendas/virtu  
temq; colendam .

**CAP. VII.**

Voniam autem nullam potiorem hæ  
reditatem possunt filiis parētes trade  
re (vt modo ex Cicerone dictum est)  
q; rerum bene gestarum gloriam/ & in  
tegritatis anteactę vitæ laudem: debet  
illam hæreditariam traditionē filij libē



ter amplecti/ ardenter capessere/ & ad suum usum  
haud segniter accommodare. atque ex accepta huius  
modi hereditate id capere commodi: ut contempla-  
tione virtutis & gloriae paternae incitetur animosius  
ad praeclaram ipsius emulationem. Quisquis enim  
ingenuo natus est animo & plane liberali: cum maiorum  
rum suorum rebus praeclare gestis animum diligen-  
tius intendit/mirifice prouocatur ad dignam earum  
imitationem. Nempe Salustio teste/ Publius Scipio, Salustius.  
Scipio & Quintus Fabius cum magnorum virorum imma-  
gines inspicerent: quam maxime ad virtutem se inflam-  
maris solitos esse dixerunt. Ita Iulius Caesar inspecta  
Alexandri magni imagine: magnarum rerum agen-  
darum gloria incensus est. Qui etiam (ut memoria  
proditum est) conqueri apud amicos solitus erat/se  
ea etate nichil adhuc praeclarum gessisse aut memo-  
rabile; quo ille totum fere orbem sue ditioni subege-  
rat. Ita Alexandrum ipsum Liberi patris triumphi Bachus,  
tanquam admotis stimulis & calcaribus impulerunt: ad  
decus/ad famam/ & denique ad nominis immortalitate  
comparadam. Sic Themistocles quoque post pugnam Themisto,  
Marathoniam (in qua Milciades dux Atheniensis, cles.  
um/ Persarum vires magna virtute contriuit) insom-  
nes agens noctes: per urbem cursitabat ut amens.  
Interrogat quid ita pernoct diuagaretur per vicos:  
quia (iquit) trophea Milciadis me excitant/nec pla-  
cidam membris dat cura quietem. Enim uero pro-  
uocatus illustri Milciadis triumpho: secum animo  
agitabat/quoniam pacto tale quippiam pro patria  
præstaret. Rursum authore Valerio libro secundo, Valerius.  
capite de institutis/maiores natu in conuiuijs/anti-  
quorum egregia opera carmine comprehensa ad tia-

## De vera

bias canere solebant: quo iuuenum animi ad ea inti-  
tanda alacriores redderentur. Quid hoc splendidius  
(inquit) quid etiam utilius certamine? Quas Athe-  
nas/quam scholam/ quae alienigena studia huic do-  
mesticat disciplinae pretulerim? Inde oriebatur Ca-  
milli/ Scipiones/ Fabricij/ Marcelli/ Fabij. Refert &

Leonard⁹ Leonardus Aretinus in opusculo actorum sui tem-  
Aretinus. poris: se adhuc adolescentulum conspexisse in tabu-  
Franciscus la depictam Francisci Petrarchę poetę insignis ima-  
Petrarcha. ginem/in cubiculo quo detinebatur captiuus repos-  
sitam: eiusq; contemplatione mirum in modum ad  
studia literarū & humaniores disciplinas exarsisse.  
Qz si mutę imagines celatae aut pictura deformatae,  
si externi & nullo nobis vinculo sanguinis coniuncti/  
suarū magnitudine virtutū infigūt aculeos generoso  
animo ad virtutis amore: quid faciet oro viva & spi-  
rās vox/simul & facies atq; acta parentum? Q uod  
obsecro efficacius poterit filijs proponi exemplum:  
quo acrius incitari debeant ad recte honesteq; vi-  
uendum? Proinde apud Virgilium Enēas induci-  
tur Ascanium filium suum ad virtutem hisce verbis  
adhortari.

Virgilius. Disce puer virtutem ex me/verumq; laborem.  
Enæas. Tū facito/mox cum matura adoleuerit ætas:  
Ascanius. Sis memor / & te animo repetente exēpla tuorum:  
Exo. 25. Et pater Enēas & auunculus excitat Hector.  
Verum ab externis ad propositā rem comprobādā.  
ad nostratia & sacrarum literarum testimonia flecta-  
mus habenas.Iussit quidē dominus in Exodo Mo-  
si fabricaturo tabernaculū fœderis. Inspice & fac se-  
cundum exemplar quod tibi in monte monstratum

est. Quo sane verbo ad allegoricam traducto sententiam: iubemur considerare virum quempiam in morte sublimitatemque perfectionis vitae constitutum in quo omnigenum virtutum exemplar eminenter dilucet: et ad illius rectam imitationem nostram componesse vitam. Perinde atque puer primis in annis discens efformationem literarum aut arte pictoriā: archetypam habet scripturam aut primitiū imaginē oculis suis obiectam: cuius instar aut characteres ducat literarios aut picturam effigiet. Proinde sapiens in Ecclesiastico studiose nos hortatur. Laudemus vi. Eccle. 4.4. ros gloriosos: & parentes nostros in generatione sua. Et paulo post. Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt: & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt: reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: non utique ad vanitatem aut inanem nominis ipsorum extollentiam: sed ad prouocationem auditorum in virtutum officia ac praeclaras vitae actiones. At vero de ignauis qui in glorijs & taciti vita silentio transegerunt: subiungit eodem loco Ecclesiasticus. Et sunt quorum non ibidem est memoria. perierunt quasi qui non fuerint: & nati sunt quasi non nati: & filii ipsorum cum ipsis. Rursum Matathias inclitus legis Mosaicæ pro Matathias pugnator & vindicta Machabeorumque pater iamā moriturus: filios suos ad fiduciam habendā in domino & fortiter pro dei legibus dimicandum hortatus est: exemplo maiorū & antiquorū patrum: qui iustitiā sectati diuinaque iusta completes eximiā consecuti sunt laudem. Nunc ergo (ait) o filij: emulatores estote le*i. macha*, & gis: & date animas vestras pro testamento patrum:

## De vera

& mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus suis & accipietis gloriam magnam & Abraham. nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis : & reputatum est ei ad iustitiam ? Ioseph. Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuuit mandatum : & factus est dominus Aegypti. Phinees pater noster zelando zelum dei accepit testamentum sacerdotij æterni. Et ita de ceteris quorum prosequitur & recenset catalogum : in fine ita concludens. Et ita cogitate per generationem & generationem : quia omnes qui sperant in eum non infirmariuntur. Sed quid multis moror ? Nōne dominus ipse virtutum & coelestie earum iubar : discipulis & nobis omnibus qui eius discipulatū suscepimus / professiops sumus / contestatus est ? Exemplū dedi vobis : vt quemadmodū ego feci / ita & vos faciatis. Quinimo nichil æque clarissimos nostrę regligionis viros prouocauit ad arduum virtutis iter : capessendum : q̄ aut audita aut conspecta sanctoru p̄strum antiquorum vita / ad quorum imitationem se to Augustinus<sup>9</sup> tos contulere. Eniuero beatus pater Augustinus auctoritatem Pauli simplicis viri Anachoritæ & inter discipulos beati Antonij non ignobilis / vita (quā scribit Heraclides Hesychius) igemisces exclamauit. Idiotæ ccelos rapiunt : & nos cum scientijs nostris ad inferna demergimur. Studebatq̄ cotidie memorabilibus sanctoru exemplis animum excitare / inflammare affectum / facientē erigere mentem ad opera bona / imitatione maiorū. Vulnerauerat enī charitas Christi cor eius : & habebat verba domini in visceribus suis quasi sagittas acutas : & exēpla seruorum dei (quos de mortuis viuos fecerat) tanq̄ carbones vastatores. Omitto data opera (ne fastidium lectori ingeram) q̄ plurimos sanctitatem

te cōspicuos viros; quibus emendationis & laudatio-  
ris vitæ occasionē præstítit aliena virtus/aut auditā  
aut coram conspecta.

**C**Nobilitatis & ignobilitatis vestigia/in animali-  
bus rationis expertibus inueniri. **CAP. VIII.**

 Nter ipsos autem homines discrimē  
atq; differentiam ex generis & virtu-  
tis nobilitate aut ignobilitate consti-  
tui (quod vnum vt basim & funda-  
mentum nostri sermonis experimē-  
to satis cognitū:& tanq; axioma om-  
nibus perspicuum/supponimus) demirari debet ne-  
mo:cum animalia rationis immunia videamus ea di-  
uersitate distingui. vt nonnulla eorum/ generositatē  
quandam animi natura insitam præferre videātur:  
qualia leo/elephantus/equus/canis. Alia vero igno-  
bilitatem sibi ingenitam/inditāq; ignauiam præten-  
dere/gerereq; censeātur. qualia lupus/vrsus/asinus.  
**C**Enimuero leones tantū ex feris clementia vtuntur Leonūna-  
in supplices/prostratis parcunt. vt eleganti carmine tura.  
sic notat Ouidius in tertio libro tristium.

**Q**uo quisq; est maior: magis est placabilis iræ.

Ouidius.

Et faciles motus mens generosa capit.

**C**orpora magnanimo satis est prostrasse leoni;

Pugna suum finem/ cum iacet hostis; habet.

**A**t lupus & turpes instant morientibus vrsi:

Et quæcunq; minor nobilitate fera est.

**V**bi sciuūt: in viros priusq; in foeminas fremūt. Infā-  
tes nō attrigūt:nisi in magna fame. Satiati: innoxij  
sunt. Vulnerati/mira obseruatione percussorem no-  
uerunt:& in quantalibet multitudine appetunt. Eū  
vero qui tela quidē miserit sed nō vulnerauerit: cor-

## De vera

reptum sternunt nec vulnerant. Carent dolis/nec clivis intuentur oculis:nec ita videri volunt. Posita feritate/humana industria mansuecunt tamen ferocia animalia.vt enim dicit Propertius.

Propertius Longa dies homini docuit parere leonem.

Et verberato catello(quem cautus educator data opera ad id paratum habet)exterrentur/animosque possunt.Iugo subditum plerumque leguntur:& ad currum iunguntur.Habent & leones insitam natura munificentiam & comunicabilitatem:qua captam praedam non soli absumunt/sed & alijs dispartiuntur. Sunt ite me mores accepti ab hominibus beneficij:& ad parem gratiam referendam propensi.Nonnnulla gratitudinis illorum exempla/& quomodo gratiam rependerint acceptam:apud Plinium & Sipontinum in prom

Elephatus  
natura.

machas.

ptu habetur .¶ Porro elephantus quis maximum terrestrium animalium:proximum tamen est sensibus humanis/& propemodum accedit ad hominis intelligentiam:obedientia in magistros/& officiorum memoria.adorat enim regem/genua submittit/coro nasque porrigit.Et quod in homine quoque rarum est: probitatem pre se fert videtur/prudentiam/aequitatem/religionem. Elephanti capti celerte mansue scunt hordei succo.Domiti militant/& turres armatorum in dorsis ferunt/bella conficiunt/prosternunt acies/armatos proterunt.quod & sacra docet Machabeorum historia.Curribus subiuncti interdum suis se leguntur/& illos equorum more duxisse. Si fuerit elephanto homo obuius in solitudine simpliciter oberrans:tum ille placidus & clemens demonstrat viam. Vestigio autem hominis priusque ipso homine animad uerso:insidiarum metu contempsit/& fraudem sub

esse suspicatus subsistit attonitus. Gregatim semper incedunt elephanti & agmē dicit qui senior est. Flu men transitū minimos præmittunt: ne maiorū pō dere atterente alueum / altitudo gurgitis augeatur. Imponūtur eis nomina: eaq̄ intelligunt. Qui netiā tradunt authores non ignobiles/ quendā ex elephātis ductum græcarum literarum dīdicisse: & eius linguae verbis ita solitum scribere. Ipse ego hæc scripsi. Insuper tanta huius animalis clemētia narratur aduersus minus valida: vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat/ nequid obterat imprudens. nec nisi lacesitus noceat. Infirmos aut fessos / vulneratosue/ in mediū agmen recipiunt elephāti: vt vndiq̄ tuti aliorum subleuentur præsidio/vtrinq̄ ipsos am bientium. Cæterū inest & equo ingenita quedā Equorum natura. nobilitas: quæ eo ipso primū innotescit/ q̄ apprime docilis est. Id Alexādri magni Bucephalus/ a boui Bucephal⁹ no capite(cuius præferebat speciem) ita nūcupatus/ imprimis ostendit. qui quidem regio instratus ornat⁹ tu/a nemine alio q̄. Alexandro concendi se passus est. Inscensuro priora genua inflexit: quo faciliorem ipsi præstaret ascensum. Idem quoq̄ in Thebarum oppugnatione vulneratus: nō est passus regē in alterū equū trāsilire. Propter q̄ & alia multa huiusmo di/ Alexander defuncto solēnes exequias fecit: & vr. Bucephal⁹ bē ex ei⁹ noie vocatā Bucephalon sepulchro circū. los. dedit. Iuli⁹ etiā Cæsar equū habuit: qui similiter nul lū præter eū dorso recipiebat. Eius priores pedes fa cie vestigij humani feruntur fuisse. Tradunt annales occiso aliquādo ex prouocatione/ Scytharum res ge/cum hostis ad eum spoliandum venisset: ab equo eius/ iclibus & morsu interemptum fuisse. Visi præ-

## De vera

terea sunt equi amissos in prælio dominos lugere/ & lachrymas sape effundere. Quod non subticuit Virgilius: cum exequias Pallatis Euandrij a Turno interfecti describeret / hoc pacto .

**Virgilius.** Post bellator equus positis insignibus Aethon It lachrymans: guttisq; humectat grandibus ora.

**Nicomedes.** Interfecto Nicomedē rege: equum eius inedia vitā finisse compertum est. Amissa matre: reliquæ foetæ educant pullum orbum. Quo quis acrior equus est: eo profundius nares bibendo mergit. Iuniores equi veteranis & labori assuetis in via iuncti atq; comites: generoso gressu illorum sequuntur ad calcem vestigia. nec sinunt marcentes ocio: eos qui antecedūt longiore ipsos interstitio spacij præcedere, longeq; alas crius & celerius viam conficiunt / cum ducem habent equum quem pone sequantur: q; si soli iter ageret. nā enituntur præcedentium incitati exemplo: illos pro-

**Canū natus.** pius comitari. **(¶)** Nec minus canis ingeneratam nobilitatem quandam præ se ferre q; superiora videtur.

Nam fidelissimum omnium animalium homini canis est: & pugnasse pro domino aduersus latrones aliquādo legitur. Garamātum regem canes ducenti ab exilio reduxere: præliantes contra resistentes. Colophonijs cohortes canū habuere: que primę in acie Volcatius dimicabāt. Canis Iasone Lycio interfecto / capere cibum noluit: inediaq; cōsumptus est. Volcatiū Rhōmæ nobilem cum aduerseretur canis a graffato- re defendit. Canes defendere Cymbros: celis dominis eorum plaustris impositis. Celium itidem senatore Placentiæ ab armatis oppressum canis enixe protexit: nec prius ille vulneratus est q; cane interēpto. Masinissa rex Numidiq; parum fidei in animis

homínū reponēs: salutē suā custodía canū vallauit. Masinissa.  
 Cui cū eset late patens iperium/copiosus liberorū numerus/ populi Rhomani beniuolētia/ arctissima necessitudine cōstricta: ad hæc tamē omnia tuēda (vt author est Valerius libro nono/in eo capite quo Valerius. ostendit q̄ exquisita custodía vñi sint: quibus suspe cti domētici fuerūt) nichil canino latratu valentius duxit. Legitur & Euander in suo comitatu semper Euander. canes habuisse. De quo Virgilius. Gressumq; canes Virgilius. comitātur herilē. Lysimachi regis canis flāmę se in- iecit/ accenso rogo domini:& pariter igni absumpt⁹ Lysima chus. est. Appio Iunio/& Publio Sícinio consulibus/dā natum dominū canis cū abigi nō posset/comitatus in carcere est:& mox percussum vlulatu prosecutus. Cūq; ex miseratiōe populi Rhomani cibus illi ministraretur: ad os domini defūcti escā tulit. Ultimo deinde deiectum in Tyberim cadauer/annatans canis sustentare conatus est: multitudine populi ad spectandam animalis fidem vndiq; confluente. Soli canes dominū nouere: soli nomina sua agnoscunt. Itinera quantumuis longa mēminere:nec vlli animali præter hominem memoria maior. In venatu solertia canis & sagacitas præcipua est: scrutatur fe re vestigia/atq; odore persequitur. Sed quorsum hæc: vt liquido constet generositatis animi & ingenuæ nobilitatis (sicut & aliarum virtutum) vestigia a summo rerum authore bratis animalibus natura esse indīta. Ex quibus vt libro quodam naturæ legat homo & agnoscat: easdem virtutes in veritate summo nixu sibi comparandas/ quarum videt imaginem & umbram naturaliter irrationalib⁹ in genitam animalibus.

C.j.

**Q**uod generis nobilitas scripturarē sacrē & probato-  
rum authorum testimonio: hominem reddit com-  
mendabilem.

CAP. IX.



Eneris autē nobilitatē semper apud  
homines præstantiā quandā digni-  
tatis habuisse / & super ceteros præ-  
minentia: testatur omnes historię. q  
ea virtuti (vt debet) coniuncta semper  
esse existimetur: & ob præstabilē vī-  
tutis excellentiā singulari splendore præfulgēs. Po-  
tissimū vero scriptura sacra frequens perhibet eius  
præcellētię testimoniu. Nēpe Deuteronomij primo  
capite legitur dixisse Moses ad populū Israeliticū.

- Deute. 1.** Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles:  
& cōstitui eos prícipes/tribunos/& ceturiones/qui  
quagenarios/ & decanos/qui docerent vōs singula.  
Ecce insitituūtur præ ceteris iudices populi:nobiles  
cum sapiētibus. Rursum primi Regū nono capite  
**Samuel.** inter denominations & præconia Samuelis/fidelis  
prophetę dñi:cōmemoratur nobilitatis élogiū/cum  
**1. Regū. 9.** dicitur. Ecce vir dei est i ciuitate hac/vir nobilis.om  
ne quod loquitur:sine ambiguitate euenit. Vbi no-  
bilitatis nūcupationē illi attributā esse ob prophē-  
tię dignitatē sentit Nicolaus Liritanus: q ea con-  
spicu⁹ esset & nominatiſſim⁹. Insuper Proverbiorū  
tricesimo primo capite/cōmemoratur mulieris fortis  
(que typū gerit ecclesię) vir/ab insigni nobilitatis tí  
**Prover. 31.** tulo:cum dicitur. Nōbilis in portis vir eius:quādo  
sederit cum senatoribus terræ. Ecclesiastes item de-  
cimo cap. attestatur beatitudinē terræ ex nobilitate  
**Eccēs. 10.** sui regis argui debere/cum ait. Beata terra cui⁹ rex  
nobilis est,quod quidē dictū glosa ibidē afferit in-

telligi debere de rege nobili moribus & genere. De  
 hac enim duplici nobilitate dicit Gregorius. Quā, Gregori⁹.  
 do altera alteri copulatur: quasi gēma carbūculi in  
 ornamento auro sociatur. Preterea Marci decimo,  
 quīto capite cōmendaſ Ioseph ab Arimathia/ pie-  
 tate insignis in tumulādo corpore domini nostri: q̄  
 nobilis esset decurio. qđ ideo adiectū est: vt per no-  
 bilitatem potentiaſ ſacularis designaretur obtinere  
 potuisse facultatem ministrandi ſepulturā domino.  
 In parabola itidem domini distribuentis bona ser-  
 uis ſuis ad negociationem donec veniret: annotat  
 scriptura peculiarem a nobilitate titulum/ cum di-  
 cit. q̄ homo quidam nobilis abiit in regionem lon-  
 ginquam: accipere ſibi regnū & reuerti. hic utiq̄ no-  
 bilis homo: dominus noster eſt. qui q̄uis ſeruus fa-  
 ctus ſit: eſt tamen nobilis ſecundū ineffabilem ortū  
 a patre. Nec ſolum ea ipsa ratione & diuinitatis ori-  
 gine: ſed etiam ſecundum genus humanum nobilis  
 eſt/ ex ſemine Dauid exortus. Demū in actis apo-  
 stolorum cū referuntur iij qui Thessalonicae ad Pau-  
 li prædicationē conuersi ſunt ad dominū: id non ab  
 te dictū eſt/ q̄ erat de gentilibus multitudo magna/  
 & mulieres nobiles non paucę. Quid queſo adiecit  
 cœleſtis ille ſcriba/ mulieres nobiles ſuſcepiffe verbū  
 dñi: niſi nobilitas generis expreſſa maiorem atferret  
 laudē ijs q̄ illa ſunt insigniti: vtq̄ preclarior ſignifi-  
 cetur & aplioris frugis apostoli prædicatio: tantę q̄  
 dem efficaciaſ/ q̄ per eā nobiles quoq̄ & clari noſi-  
 tum viri/ tū mulieres/ viā domini agnouerūt. Acce-  
 dit superioribus & Aristoteles in tertio Politicorū  
 edifferēs: q̄ rōnabiliter ſibi arrogāt honore nobiles  
 ingenui & opulēti. Oportet enī (inq̄t) ingenuos eſſe  
 C. iij.

Marci. 15.  
 Ioseph ab  
 Arimathia

Luce. 19.

Actuū. 17.

Aristoteles  
 cap. 8.

## De vera

& censum habere ad onera perferenda. Non enī ci-  
uitas esse potest ex pauperibus omnib⁹: quēadmo-  
dum nec ex seruis. Vbi nobiles cēset honore dignos  
& prē cāteris colēdos: q̄ in hominū multitudine  
etīā virtutis opinione p̄cellūt. Et paulo post eodē  
loco. Nobilitas autē apud omnes in honore habet.  
Insuper quia cōsentaneum est/ex meliorib⁹ ortos  
esse meliores. est enim generis virtus/nobilitas.

¶ Nobilitatem generis/vt vera sit & perfecta: virtu-  
tibus esse adornandam.

CAP. X.



Vperiora satis superq̄ mōstrarunt/  
nobilitatē generis bonū esse quoddā  
ad alterū: scilicet virtutē/cuius sit al-  
secla / pedissequa / comes / & index.  
Quā si assit: p̄aedara est sanguinis  
generositas/magnificēda / & laude  
imprimis digna. Sin minus: magis probrosum red-  
dit hominē & vituperio obnoxīū/qui id nō p̄aestat  
cuius opinōnē/indiciū et speciē p̄fert. Quod etsi  
in p̄aecedentibus dilucide sit ostēsum: adhuc tamē  
grauissimorū authorū testimonio amplius est corro-  
borandū. Quorū primus citetur sacer Hieronym⁹

Hierony-  
mus. ad Celantiam scribens. Sola apud deū libertas est:  
nō seruire peccatis. Sūma apud deum nobilitas est:

Chrysostom⁹ clarum esse virtutibus. Cui accedit Chrysostomus  
mus. dicens. Quid prodest ei quem sordidant mores: ge-  
neratio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis:  
quem mores adornant? Ipse enim se vacū ab om-  
nibus bonis ostendit: qui gloriatur in patribus. Et

Bernard⁹. Bernardus ad Eugenīū scribēs. Genus (ait) aposto-  
lorū est nō aliūde nobile: q̄ morū ingenuitate & fi-  
dei fortitudine. Necq̄ dissētit ab his Horati⁹ dices.

Cum referre negas quali sit quisq; patente

Natus/dum ingenuus:persuades hoc tibi vere.

Sed de his abundantius q; par est/dictū. Nunc coeptum peragamus iter. Constat vtq; ex supradictis apertissime: q; ad contēplandā nobilitatis a genere parentumq; progenie proficiscentis dignitatem & præstantiam: splendido amiculo illi opus est/quo su peruestiatur.haud aliter ac argentū Pariisue lapis circundatur auro.Huiusmodi vero ornamenti (ne prorsus nuda & inculta vilescat stirpis nobilitas) virtus est.quæ etiam cætera cum externa/tum corporis bona/suapte natura īdiferentia:ad rectum accōmodat vsum/ & pulcherrimo decorat ornatu. Cæterum quoniām vñumquodq; vitæ humanæ genus suas habet virtutes:quib⁹ peculiariter regat⁹ur. Alia quippe nobilis sunt officia/ alia ignobilis. alia rursus priuatā agētis vitam/ alia publicam. deniq; alia magistratus & alia plebis sunt munera.diversa vero officia actionesq; virtutū/a diversis proficisciuntur virtutibus: vt diversi fructus boni ac salutares/ a diversis arboribus,perspicue liquet nobilitati generis suas esse & proprias virtutes:quibus perficiuntur & excolatur/quib⁹ adornetur & illustretur/quibus deniq; spectabilis reddatur & conspicua.Eas igitur quæ generis nobilitatem presertim decēt virtutis partes/singulatim explicare curabim⁹:nec minus corruptelas vitæ atq; fordes quæ ipsa inquinat & cōmaculant/enumere.vt has totis viribus mi Iacobe asperneris/ auerteris/ & refugias: illas vero studiosius capessas/colas & amplexeris.vt nobilitatem quam tibi nascenti natura insigniter dedit: ea adornes nobilitate quā sollicita cura/labor iprobus

C.iij.

## De vera

studium importunū tibi præstare potest. euadasq;  
(quod repetes: iterūq; iterūq; monebo) vtrīq; nobis:  
lis: præclara stirpe pariter & virtute generosus. hæc  
enim est suscepti nostri laboris intentio/ hic noster  
finis & meta/ hoc animi nostri institutum: ob quod  
præsens suscepimus negocium.

¶ Qz nobilibus habenda est imprimis in deū reli-  
giosa mens: & diuini cultus reuerētia. CAP. XI.



Nter virtutes autem nobilitati ornatū  
afferētes & decorem: primū sortitur lo-  
cū religio in deū & pietas/ sedulū ei  
cultū exhibēs/ & in frequentatione te-  
plorum auditioneq; officiorum eccles-  
iasticorum assiduū obsequiū. Seruire  
enim deo (vt protrita & perauulgata habet sentētia)  
est regnare. & sacratissima Christi virgo Agatha/  
recte ac scite dixisse perhibetur tyrāno persecutori:  
q; vera ingenuitas est in qua seruitus Christi cōpro-  
batur. Vnde merito reprobatur stulta quorundam  
nobilium huius mūdi sententia/imo verius insania:  
existimantium indecorū esse & dedecorosum nobi-  
libus secūdum carnē/ & militari baltheo cinctis/ in-  
uisere dei & sanctorū templa/ audire sacra missarū  
mysteria/ adesse decantādis diuinis laudibus. Iccir-  
co ne suam extenuēt/ deprimāt aut iminuant nobis-  
litatem hac seruilitate vt vocant: abominantur sa-  
gra loca/ & q; minimo possunt tempore diuinis in-  
tersunt officijs. non quidem orantes (vt deberent)  
poplitibus flexis: sed aut deambulātes vltro citroq;  
in templo dei/ aut vagis oculis circunspectantes om-  
nia/ aut confabulationibus vanis intenti/ aut vnum  
duntaxat genu deo flectentes: cui adhuc (ne nimia

Sancta  
Agatha.

terraz dufitia fortasse fedatur) pileus supponitur.  
non attendetes a Paulo scriptum esse: quod in nomine  
domini nostri Ihesu Christi omne genu flectatur / Philip. 2.  
coelestium/terrestrium/& infernorum.& per propheta-  
tam a domino dictum esse.michi flectetur omne ge- Esa. 45.  
nu.denique non pensitatem quod dominus noster & san-  
ctitate eximij viri quoties orationi vacasse referun- Luce. 22.  
tur:positis in terram genibus orasse leguntur.Sed  
quod obsecro est ista nobilitas/ne dicata stoliditas:quod  
debitum deo genuflexionis obsequium exhibere  
dedignatur:& tamen a famulis vult sibi vtrumque ge-  
nu incuruari.Quid hisce moribus ineptius aut irre-  
ligiosius:qui totam (siqua est) nobilitatem dedecora-  
rant? Quid denique insolentius aut tumidius illis:  
qui cum nobiles haberi volunt/& militari illustres  
gloria/animo se prorsus ignobiles produnt & inge-  
nerosos? Itaque improbos horum mores/execrabi-  
lemque irreligiositatem ne emuleris oro/nec imitan-  
dam ducas:sed summam religioni Christianae & eius  
obseruando ritui reuerentia semper exhibe.Venera-  
re loca sacra/tempula/facella deo dicata:& frequens  
illorum limina tere.Reuerere itidem dei ministros &  
quosquis ecclesiastique sortis viros:sicut monet Eccle-  
siasticus capite septimo.In tota anima tua time deum:&  
sacerdotes illius sanctifica.In omni virtute diligere eum  
qui fecit te:& ministros eius ne dereliquas.Honora  
deum ex tota anima tua:& honorifica sacerdotes.  
Da illis partem (sicut mandatum est tibi) primi-  
tiarum & purgationis. Habes utique inter illustres  
Francorum reges non ignobilia huiusc in deum Sanctus  
pietatis exempla:vt sanctissimum regem Ludouic.  
cum.de quo refert Godefridus de bello loco/cōfessio- Ludouic.  
Godefrid.  
de bello lo-  
co.

## De vera

sionis eius sacramentalis auditor: & vita ipsius (cuius erat oculatus testis) conscriptor. q̄ singulo quoq; die duarum saltem missarū celebrationes audire solitus erat: & s̄ p̄ numero trium aut quatuor. Horis canonicis omnibus quotidie cum decantarētur interfuit. ni chilominus eas integras de tempore & sacratissima virgine Maria legere fuit assuetus; necnon & comple tum defunctorum officium (quas mortuorum viginias nuncupant) quātumuis solēne occurreret festū/ absoluere. Id sane mirum/hominem arduis regni negotijs obeundis occupatissimum/tātū potuisse quotidie persoluere deo ecclesiastici officij; quantum vix alius quispiam rerum agenda sum vacuus posset ex plere. Demum in templo dei cum diuina celebrarentur officia; idem pius in deum rex nullius admisit colloquium: nisi grauis ad id vrgeret necessitas aut euidentis utilitas. & tunc quoq; (ne sua interrumperetur in deum intentio) breuiter & succincte. Studuit reue ra obseruare vir dei & egregium nobilitatis columē

Augustin⁹ atq; decus: quod moneret Augustinus in oratorio sci licet nichil faciēdum esse q̄ id ipsum ad quod institutum est & unde nomē sortitur. Roberti itidē quoniam

dā glorioli regis Franciæ tāta fuisse traditur in deū religio: vt quoties sibi per occupationes bellicas liceret horas canonicas una cum sacerdotibus caneret. Hac vero pietate eundem id meritum fuisse tradūt/ vt cum oppidum quoddam hostile obsideret / neq; horas suas intermitteret; mœnia hostium diuinitus corruerint / statimq; irruptentibus suis oppidum captum fuerit. haud secus ac Iosue duce mœnia Hiericonta clangore tubarum sacerdotalium conciderunt: & populo Israelitico vndiquaq; in urbem de-

Iosue. 6.

lenda m aditum præliterūt. ¶ Sed quid externa cō-  
 memoramus? Inter gētiles & necessarios tuos nūq;  
 animo debet obliterari/ qui potius sēp āte oculos me-  
 tis versari laudatissima illa auia tua materna : totius  
 religionis/ pietatis & cultus in deū memorabile exē-  
 plar/ q̄ Domina de Sicco Fonte ab h̄ereditarię pos-  
 sessionis loco cognominata est. Hæc (vt nosti) florer-  
 ti adhuc atate primo viduata marito: secūdas repu-  
 diauit nuptias. & reliquā aui sui transegit in vidua-  
 li castitate/ abstinentia/ continua sacrorum locorū fre-  
 quentatione/ in oratione quoq; ferventissima & assi-  
 dua cum vberimis lachrymis. Vt cū egregias illius  
 virtutes/ morum integritatem / ardētissimum in deū  
 seruorem/ interdum non sine admiratione audierim  
 memorari ab ijs qui tunc domum eius (cum adhuc  
 superuiueret ) icoluerūt/ eāq; itus & in cute ( vt aiūt)  
 nouerūt/ ex quotidiana cōuersatione mores ipsi⁹ ha-  
 bentes perspectos & exploratos: ipsa visa michi fue-  
 rit haud multum dissimilis venerabili viduae Annae Anna.  
 prophetissæ: quæ testimonio euāgelico post virū obi Lucæ 2.  
 tum permanxit usq; ad annos octoginta quatuor in  
 viduitate/ quæ idētide non discedebat de templo/ te-  
 iunijs & obsecrationibus seruens die ac nocte. aut  
 propemodū accedere ad probatissimos mores ipsi⁹  
 Iudith viduae commēdatissimę: quæ ( vt octauum lī Iudith.  
 bri ipsius caput refert) defuncto viro suo/ in superiori  
 ribus domus suę fecit sibi secretū cubiculum/ in quo  
 cum puellis suis clausa morabatur: & habens super  
 lumbos suos cilicium/ ieunabat omnibus diebus vi-  
 tæ suæ prater sabbata & neomenijs & festa domus  
 Israel. Nō abhorret itidem a moribus illius specta-  
 tissimæ auæ tuæ/ illustrissimus pater tuus Domin⁹

## De vera

de Bussiaco. qui et si domi consilio/foris autem rerū  
strenue gestarum gloria sit insignis: multo tamen  
plus laudis meretur/qd̄ pius & sedul⁹ est Christian⁹  
religionis cultor / prima luce sacra templa frequens  
tans/ & maiorem diei portionem in diuino officio  
& missarū celebratione audienda trāsigens. Q uod  
plane præcipuum est eius(cum per ocium licet) stu-  
dium & opus. Hæc sua militia:qua deo cœli sedulo  
militat.hæc suæ artes & exercitia: quibus potissimum  
occupatur. Et recte quidem. Nam si student omnes  
regi terreno quod debent obsequium solicite & se-  
dulo præstare(quod certe laudi dandum est) nonne  
maiore cura & sedulitate/ cœlesti regi & domino (q.

Apo. 19. est rex regum & dominus dominantium)militandū  
est: nonne quod ei debetur seruitium: alacriter/impi-  
gre/ integre q̄ exoluendum est? Non dubitant qui  
regis militia sunt ascripti/vt suo placeant domino:  
subire periculum capitis /accipere vulnera & ipsam  
deniq̄ mortem oppetere. Q uid igitur facient pro  
suo rege & domino cœlesti: cui longe amplius de-  
bent/quia maiora ab eo beneficia suscepérunt . erūt  
ne oscitantes in obsequio ei exhibendo/torpentes et  
animo gelidi? Pudeat saltem: homini mortali tanta  
solicitudine famulatum impendere/& deo immorta-  
li tam ignauiter & frigide debitum præstare ministe-  
rium/ ac pluris homines q̄ deum facere . Hæc quæ  
modo adduximus sunt mi Iacobe exempla dome-  
stica tibi q̄ peculiaria:quæ imitanda tuis oculis sem  
per debes obijcere/ quemadmodum in superioribus  
iam pertractatum est. Subeat oro animum tuum  
nunc illustris auia/nunc pater inclitus:& suo teipsū  
excitent exemplo ad pietatem/ & diligentiores di-

Cap.7.

uini cultus venerationem. Quam si enixe obseruaueris: habebis deum protectorem vnicum & directorem operum tuorum. Omni tempore (inquit Tho-<sup>bias filio suo</sup> Thobie. 4.) benedic deū & pete ab eo vt vias tuās dirigat: & omnia consilia tua in ipso permaneant. Attentius certe audiendum & altius animo reconendum est illud verbum domini ad Heli sacerdotem. Quicunq; honorificauerit me: glorificabo i. Regū. 2. eum. qui autem contemnunt me: erunt ignobiles.

**C** Animi fastum & tumidam aliorum despiciētiam: a nobilibus summopere esse deuitan-

### CAP. XII.



T quoniam generis nobilitas plerosq; inflatos opinione sui reddit: fastidiososq; ac aliorū contemptores/ ut superius explicatum est: extirpandum est Cap. 4. imprimis animo id superbiæ virus & facilis in omnes equabilitas studiosius ei qui veræ nobilitatis titulo vult insigniri/comparanda. Nimirum verū est quod beatus ait Gregorius: Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatē Gregorius mentis: ut minus se in hoc mūdo despiciant/ qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerit. Ab ijs vero qui eiusmodi sūt/ despiciuntur plerūq; alij humilioris fortunę: ceu viles pulli/ nati ifcēlicibus ovis. qui vero illi strī progeniē emicat: sit tanq; gallinæ filius albæ. Designatur enī eos/ intumentes animo obclarā stirpe: aspernāt ipsos idignabudo vultu/ neq; dignos celerent quos aspiciant aut alloquant. Nec in ipsis solus oris habitus aut gestus: sed & verba ipsa cōtemptionem despiciētiamq; aliorum sapiunt & loquuntur. Verum quid aliud his indicat signis: nisi exulceratum

## De veritate

elationis & insolentiae morbo anima*mū*/nisi pectus aflatum pestifero superbie fastusq*e* veneno/atq*e* inflationis vento turgidum cor & tumefactum: quo su*c* fortis immemores: alios inferiore generis gradu constitutos vt nullius prae*cij* aut pensi homines existimant. Inducit reuera insolenti pectori tantam ferociam & animositatem s*æ* penumero claritudo stirpis/ & illustria maiorum stemmata: vbi deest virtutis praesidium quod animo excutiat tam pestilens virus. Cæterum qu*æ* admodum hi fastidiosi ceteros auersantur & cum stomacho a se repellunt/non admittentes alios obscuru*o* editos loco in su*u* colloquium aut contubernium: ita & a cæteris editi uero ipso despiciuntur/deserunturq*e* vt morosi/difficiles/intolerabiles/ & ad cōgressiones humanas duri/neq*e* facile aliorum sibi amorem/beniuolentiamq*e* cœllat. Demetrius Antigon*o*. Huius quidem exemplū præbet Demetrius Antigoni filius: qui post mortem Alexandri magni I. Plutarch*o*, perauit in Graecia/de quo Plutarchus ait. Vehementer Macedones conturbabant difficiles aditus/superba resp*o*sa/intolerabilis fastus: quibus supra modum excessisse Demetrium tradunt. Qui inter cætera cum libellos supplicantium Macedonum benigne sinu clamydis excepisset/omnibus suar*u* petitionum responsa expectantibus: cum ad pontem Axij fluuij peruenisset/ soluto clamydis sinu libellos in aquam deiecit. quare animi Macedonum grauitate offendis sunt. Propter quod contra Pyrrhum bella ger*es*/defectione suorum militu*mū* coactus est saluti su*c* fuga consulere:& hosti regnum relinquere. Nichil eni aequa animos hominu*mū* deuincit/in gratia*q* ducit et allicit: atq*e* moru*mū* facilitas/moderatio animi/

æquabilitas/ humanitas & in önes affabilitas. Enī  
uero hæc subditorum mentes astringit in superiorū  
amorem/facitq; vt eos reuereantur/colant/ ac obser-  
uent/ afficianturq; in ipsos amore singulari. Exem-  
plo nobis est Alexáder Magnus/a suis militibus sū Alexander  
mopere dilectus:quia human⁹ & affabilis erat. Nē Magnus.  
pe semel frigore cōfectus & igne corpus refouēs/cū  
gregariū militē ex suis/vidisset algore iam præmor-  
tuum & torpentem:exiliit loco suo & militem illum  
in sua sede collocauit. Alio quoq; tempore cum gra-  
uissima torqueretur siti simul & exercitus: oblatam  
a milite aquam recusauit/ quia tantillā alijs diuide-  
re non potuit/ & solus bibere nō sustinuit. Ediuerso  
vero quid substraxit decē tribus Israel a regno Ro-  
boam filij Salomonis/& quę deinde nunq; resarcita Roboam.  
est populi scissuram induxit: nisi dura nimis & aspe-  
ra responsio/quam neglecto salubri senum consilio/  
iuvenum sequēs placita Roboam dedit populo Is-  
raelitico:petenti iugum graue vctigaliū:a Salomo-  
ne sibi impositum diminui/cum dixit. Minimus di-  
gitus meus/grossior est dorso patris mei. Pater me⁹  
aggrauauit iugum vestrū:ego autem addam iugo  
vestro. Pater me⁹ cecidit vos flagellis:ego aut̄ cedā  
vos scorpionibus. Idcirco audiēd⁹ ē Ecclesiastic⁹ di-  
cēs. Noli esse sicut leo in domo tua:euertēs domesij Eccī. 4.  
cos tuos/& opprimēs subiectos tibi. Etrursū. Verbū Eccī. 6.  
dulce multiplicat amicos/ & mitigat inimicos . Et  
sapiens in prouerbijs . Responsio mollis frangit Prover. 15.  
iram : sermo durus suscitat furorem. Itaq; si gene-  
ris tui claritatem mi Iacobe velis(vti debes) splendi-  
diorem efficere:hunc animi tumescantis fastum pro-  
cul exclude/a morib⁹ eorum qui tenuioris fortunę

## De vera

- homines fastidunt abhorre/ teq; omnibus facilem  
& affabilem praesta. Audi libeter Hieronymum ita  
Hierony-  
mus. e scribentem ad Celatiā. Nulli tē vñq; de generis nobis  
litate præponas:nec obscuriores quaslibet & humili  
loco natas te inferiores putas. Nescit religio nostra  
personas:nec conditiones hominum sed animas in-  
spicit. Nūq; animo tuo excidat illa sapientis sententia.  
Eccī. 3. Quāto magnus es: humilia te in oībus/& corā deo  
inuenies gratiam. Cui rēspondet illud Ciceronis dī-  
Cicero. cītū i primo officiorū. Recte p̄cipere videtur qui mo-  
nent/vt quanto superiores sumus:tanto nos submis-  
sius geramus. Veniat tibi semper in mentem/q; do-  
mīnus nōster & saluator regia pariter & sacerdotali  
stirpe aeditus/quām nobilitatem omnem huma-  
nam etiam secundum carnis originem transcendēs:  
q; conditorio spiritus sancti opere conceptus sit/&  
Math. 20. ex cādidiſſma virgine progenitus: nō venit huc mi-  
Lucē. 22. nistrari sed ministrare / & cum maior sit qui recābit  
eo qui ministrat: ipse tāthē in medio discipulorū erat  
Sacrosācta sicut qui ministrat. Rursum quid queso sacrosanctæ  
virgo Ma- virginis Mariæ titulis & stirpis claritate iſigni⁹? que  
ria. ex patriarchis & prophetis/ex tribu Iuda omnium  
Lucē. 1. nobilissima/ex regali progenie exorta refulget. & ta-  
mē humile se domini acillam nominat/sedula visitat  
cognatā suā Elizabeth grauidā:vt illi obsequiū & fa-  
mularū impēdat. ex quotidiano quoq; manuū labo-  
re vicitas:questuaria per ludibrium a Iudeis est ap-  
pellata. Quid rex ille Dauid secūdū cor domini ele-  
ctus/ & ante arcā eius cum duceretur ī Hierusalē  
totis virib⁹ saltās: nīsī sui exinanitionē & paruipēſio  
2. Regū. 9. nē clarissimis viris habendam docet? Quē subiliētē  
cōſpicata Michol vxor eius/cū despiceret i corde suo

& subsannaret: generose respondit. Vixit dominus quia ludam ante dominum: & vilior siam plusq; factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillus de quibus locuta es gloriose apparebo. Nō in merito profecto mirat beat⁹ Gregori⁹ plus Dauid Gregorius regē saltatē q; prosternētē Goliath. quoniā inquit cū gigantē stravit alium vicit: cum saltauit ante arcā / seipsum superauit. Ecce nouum spectaculum oculis nostris propositum est. Saul erigens sibi fornīcēm Saul: triumphalem post euersionē Amalech: reprobatus Dauid. est a domino. Dauid vero cum sui ipsius extenuatio<sup>1</sup>. Regū. 15 ne āte arcā domini saltitās: stabilitus est i regno. Nō diuersa est ab ipsius Dauid humilitate: beati Ludo- uici quondā Frācorum regis memorabilis humiliatio<sup>2</sup>. fāctus Lu- tio. qui cum sacratissimas reliquias ligni viuificę cru- douic rex cis coronæ spineaꝝ domini / & cæteras grauissimis la- boribus. & ipēsis cōparatas in yrbe Parisiā honori- fice ac reverenter deferri curaret/ in sacro Palaciū sa- cello a se magnifice extructo reponēdas: ipse nudus caput et pedes/ regię maiestatis oblitus/ vt ūniū mini- mus/ subiecit humeros tā pięsarcinꝝ: & capsam qua- sacræ includebātur reliquiāt vna cum alijs portauit. Nō id putauit dedecori: q; sceptri & diadematis impe- mor/ humiliaret se in conspectu domini: & infimis se aquaret. Hacc certe exempla animos nobilium ad aquabilitatem facilem̄q; cum omnibus communis- cationē debent inducere: fastidioso proximorum cō- tēptu/ despectuq; prorsus reiecto. Infigendum itidē est ūniū mēti illud saluberrimū sapientis monitum. Rectorē te posuerunt/ noli extollī: esto in illis quasi Ecc. 32. vnuſ ex ipſis. Et illud domini nostri documentum euāgelicum. Nolite in sublime tolli. Porro quemad<sup>3</sup> Luca. 12.

## De vera

modū æditiore loco cōstitutus/vt alterū iſeriore gra  
du collocatū ad ſe ſubleuet & prouehat: proclinare  
ſe debet & ſubmittere/ ad cōprahendendā alterius  
manum/qua in altum ipsum ſuſtollat. Ita plane qui  
altiore/ ſublimioreq; fortunæ cōditione refulget/ ſi al  
terius minorem fortis gradum obtinentis/ amorē &  
animum ſibi velit conciliare: ſe ad illum inflectat ne  
ceſſe eſt per modestiam/ cōmunicabilitatem/ morum  
facilitatem/ & benignitatem. Siquidē legimus viros  
clarissimos a posteritate ſūmopere laudatos: q; pro  
miſcue omnibus cuiuſuis fortunæ facilem ad ſe p̄g  
stabant accessum/ nullis aditum aut copiam ſui de  
negabant: ſermonis & colloquiū commerciū paſſim  
cunctis impendebant. Qualis fuſſe memoratur Au  
gustus Cæſar & Titus Vespasiani filius: qui id fre  
quens in ore habebat verbum. Neminem a conſpe  
ctu principis tristem abire debere. Deniq; in quinto  
capite adducta ſuperius documenta: etiām cōducūt  
ad reprimendam animi elationem / & facilem ſui  
ad alios faciēdam communicationem/ humilitatēq;  
in nobilitate ſeruandam.

¶ Q; nobiles fugere debent iniuſtā rapinam/ & in  
omnes iuſtitiam ſeruare. CAP. XIII.

  
Ec minus cauere ſibi debet nobiles ori  
gine carnis/ & militari gladio accincti:  
ne aliorum qui impotetiores ſunt / au  
thoritateq; & viribus iſeriores/ bona  
diripient/ ne pauperes concutiant/ op  
primant & expilent/ ne in ſubditos ty  
rannidem exerceant. Nempe nonnulli claro generis  
ſplendore tumētes vſq; adeo a virtute exorbitarū:  
vt cuncta ſibi licenter agere permifſum putent/ qua;

suggerit libido & improba cupiditas. In iuste aliorū fortunas tanq; suas rapere & i propriū vsum ac cōmodare non exhorrent: quinimo id recte a se fieri posse pertinacius contendūt: prauaricatores certe legum/quarum deberent esse custodes & vindices. Qualis inter cæteros fuit Sylla: carnifex crudelissimus & raptor iniquus. qui authore Cicerone est ausus dicere hasta posita/cum bona in foro vendet & bonorum virorum/& locupletum/& certe ciuium: prædam suam se vendere. Proculdubio haud multum discrepat qui tales sunt/ ab accipitrum violēntia: ex rapto viuentium/& ex imbellium auium grege prædam agentium. Leonis & tigridis & cætararum id genus ferarum truculentiam præ se ferunt: innocuorum animalium carnes & sanguinem vorantium. Balenam/lucium & imanem cetum imitantur huiusmodi raptores: minutiores pisciculos deglutientes. Tales profecto nichil habent cōmune cū vera nobilitate: quinimo nō minus ab illa distat q; terra a cœlo/nox a die/tenebre a lumine. quā doquidē a stirpe Nemroth illius famosi gigantis or. Nemroth. tum duxisse potius existimādi sunt: qui (vt sacra refert scriptura) cœpit esse potes in terra/& erat robustus venator corā domino. id est violētus oppressor populi: in quem more tyranni grassabatur. Aut ab 3. Reg 21. Achab. Naboth. Achab. Naboth. qui vt vineam Naboth viri iusti (quam precio non potuit) vi possideret & fraude/crimina falsa in illū concinnari/ calumniam strui/ & innocentem lapidibus obrui sustinuit. Siquidem eum habent sui generis authorem/principem/ & parentem: cuius imitantur improbos mores. Quēadmodum de Iudeis D.j.

## De vera

Joan. 8.

inuidis & Christi mortem machinantibus/dictum  
est a domino: cum gloriabundi se iactaret patrem  
habere Abraham. Vos ex patre diabolo estis: & de  
syderia patris vestri vultis adimplere. Verū timeāt  
sibi/ ne cuius sectantur culpam: sentiant & poenam/  
ne repentina cadant morte/ & canes lābant sanguī-  
nem eorū. Expedit enī hæc pauperū oppressio præ-  
sentem a domino vltionē/ & clamat ad aures supre-  
mi iudicis: districtam exigens vindictā. Attestatur

Iacobi. 5.

quidē illud Beatus Iacobus dicens. Ecce merces ope-  
rariorum qui messuerunt regiones vestras/ quę frau-  
data est a vobis/ clamat: & clamor eorum in aures  
dñi sabaoth introiuit. Nichil autem refert/ mercedē  
operariorū detinere: & alienā violenter substātiā  
detrahere. ¶ Neq; hac iniusta direptione parta bo-  
na: quicq; prosunt raptorī aut posteris eius. Quid

Matth. 16.

enī prodest homini si vniuersum mūdum lucretur:  
animę vero suę detrimētū patiatur: aut quā dabit  
homo cōmutationē pro aia sua! Siquidem frequēs  
est adagiu/ quodq; omniū probatur assensu dictē-  
riū: bona iniuste conquisita/ vix bene ad tertiu hæ-  
redē transire. Ad hæc/ præter animę exitiū summe  
deplorandū: inferūt illa suis iniustis possessoribus  
plerūq; triste infortuniū/ grauē bonorū iacturā/ mi-  
serā calamitatē/ & erūnosam/ extremāq; paupertatē:  
deo (qui pauperū/ oppressorūq; adiutor est & vin-  
dex) iustū in eos exercēte iudicium. Hinc præclare  
Seneca monet oēs qui rerū moderantur habenas.

Vos quibus rector maris atq; terræ

Seneca.

Ius dedit magnum necis atq; vitæ:

Ponite inflatos/ tumidosq; vultus.

Quicquid a vobis minor extimescit:

Maior hoc vobis dominus minatur.  
Res deus nostras celeri rotatas  
Turbine versat.

Hæc quippe quotidianis cōperta habentur exēplis  
atq; perspecta:necnō sapiētis approbantur testimo-  
nio dicētis. Alij diuidūt ppria/ & dītiores fiunt:alij Prouer.ii.  
rapiūt nō sua/ & semper in egestate sūt. De huiuscē  
generis hoībus cōqueritūr dñs per prophetā. Prin- Esa. i.  
cipes tui infideles:socij furū. Et per eundē alio loco.  
Vos depastī estis vineā meā:& rapina pauperis in Esa. 3.  
domo vestra est, quare atteritis populū meū/ & faci-  
es pauperū cōmolitis:dicit dñs exercituū. Eosdem  
per aliū prophetā increpat dñs/thesaurizantes ini- Amos.3.  
quitatem & rapinas in qdib; suis:qui tanq; leo im Naum. 2.  
pleuerunt cubile suū rapina. ¶ Prēterea huiusmodi  
prēdones potius q; prīcipes/suis subditis inuisi sunt  
ac odiosi:de omnib; sinistrū quicq; suspicātur/mini-  
me inter suos securi aut tuni. Exēplo nobis est Dio- Dionysius  
nysius Syracusanus/attonito metu & continua su- Syracusa-  
spitione miser ac calamitosus. Qui ne tōsorū quidē Valerius.  
manibus cōfidens:filias suas regias virginēs (vt Va-  
lerius author est) tondere ædocuit. At cum adultē  
essent/nō audens amplius ferrum eis cōmittere:in-  
stituit/ut cādentiū nucum putaminibus barbā sibi  
& capillos adurerent. Idem quoq; camerā suam cu-  
bicularē haud aliter q; castra/lata foīsa cinxit/eiusq;  
fossæ transitum ligneo ponte coniunxit:positis ex-  
trinsecus custodib;us qui illū diligentius tuerentur/  
& interiore cubiculi ostio firmis claustris obserato.  
Deniq; idem cum in cōmunitib; suggestis cōsistere  
non auderet:concionari ex alta turri ad populū so-  
lebat. Quid eo rege infelicius ducas/aut miserius

Dij.

## De vera

inuenias: qui neq; suos amauit/neq; ab ipsis quos  
graui tyrannidis iugo depresso depresso depresso  
Ennius. potius habebatur odio. Quem enim metuit/oderuit:  
ve preclare fuit Ennius. & que quisq; odit: perijisse  
expetit. Ediuerso nichil eque subditorum animos suo  
dno cōciliat: atq; perspecta eius iustitia/integritas/  
& intemerata fides. Nam cum exploratū habet illū  
leges & iura tueri/ & in omnes aequitatē seruare: mis  
rū dictu est q; syncaro ipsum prosequatur affectus/  
q; ardete complectatur amore/ q; singulari colat be  
niuolentia. vt ad quenq; subeunda pericula pro dñi  
salute prōptos vltro se offerant/ illiusq; vitā non sec  
atq; suam tueantur. Quocirca recte dicit Cicero in  
secundo Officiorum/ q; nec aptius est quicq; ad opes  
tenendas & tuendas q; diligi: nec alienius q; timeri.  
Malus enim (inquit) custos diuturnitatis est metus:  
contraq; beniuolentia/fidelis est vel ad perpetuita  
tem. Proinde prædicantur egregia laude príncipes:  
qui in subditos liberalitate & munificentia vt ma  
Tyberius. fuerunt/q; rapacitate & violentia. vt Tyberius Cæ  
sar. quem cum administratores prouinciarū moneret  
tributa & vectigalia imperatori pendēda adaugeri  
debere: probat respōdit. Boni pastoris esse: attodere  
pecus: nō deglutire. Recta profecto sentētia: & opti  
mo quoq; principe digna. Darius etiam Xerxis pa  
ter in periculis dubijsq; rebus cum pecunia ei opus  
esset: prouinciarum præsides / príncipesq; accersi  
iubebat / rogabatq; grauia ne tributa irrogaretur.  
Respōdentib; vero illis ea mediocriter se habere: di  
mīdium vt exquestoribus soluerent/præcepit. Plus  
ris enim populorum gratiam q; pecunia magni  
tudinē faciebat. ¶ Porro tuū erit mi Iacobē mun?  
si vera vis nobilitate clarescere: non modo aliena/

Cicero.

Tyberius.

Darius.

non surripere/sed & tua liberaliter erogare/præser-  
tim pauperibus:qui alieno indigent ad vitam agē-  
dam præsidio.Quecunq; enim in illos contuleris:ea *Math.25.*  
Christus sibi data extimabit/& centupla (*vt ppo. Math.19.*  
*misiit*) cumulabit mercede.Nempe man⁹ pauperū/  
gazophilatum Christi est.quecunq; hic illi cōmit-  
tuntur:*in altera vita/solida & integra recipiuntur.*  
Hinc recte respondit Tyberius secundus imperator *Tyberius*  
Christianæ religionis cultor optimus/& *in paupe-* *secundus.*  
*tes misericots/vxori sue cōquerenti q; omnia bona*  
*sua in eleemosynas effunderet/nichilq; liberis pro*  
*hæreditate reliquum faceret.* Quid melius (*inquit*)  
aut laudatius facere possumus:*q; Christum bonoru*  
*nostrorum hæredem iñstituere.* Beatus item *Ludo-* *Sanctus*  
*wicus quondam Francorum rex* (*quem nō satis re-* *Ludowic⁹*  
*petere possum*) *inter cæteras virtutes quæ in eo lo-*  
*cupletissime effulserunt/in pauperes & indigos teru*  
*suit admodū beneficus:alimenta illis quotidiana &*  
*pecuniā larga manu subministrans.* Iccirco elees *Ecc. 31.*  
*mosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.*  
In alios etiam usus honestos ad magnificentiam &  
splendorem eroganda sunt interdum dona:& nūq;  
intermittenda liberalitatis & munificentia officia/  
quæ egregiam laudem/præclarūq; nomen suis cul-  
toribus etiam apud homines pariūt.Nam *vt testa-*  
*tur Boetius in secundo philosophicq; consolationis*  
*libro.* Avaritia semp̄ odiosos:largitas claros facit. *Boetius.*  
Proinde mirifice cōmendatur Titus filius Vespas *Titus.*  
sianī/usq; adeo ad munera digne ac decenter confe-  
renda prop̄sus:*vt cum interdum vesperi recorda-*  
*retur se toto eo die nichil cuiquam contulisse bene-*  
*ficij/se diem illum perdidisse apud amicos cōtesta-*

D.ij.

De vera

retur/pariter & conquereretur. Hinc iure & merito  
delicię humani generis vna omniū voce dict⁹ est:&  
mors eius imatura nō min⁹ acerba fuisse scribi⁹ oī-  
b⁹ Rhomanis/ q̄ si vnico fuisset singuli filio orbat⁹.  
Nobilibus iracundiam vitandam esse:& clemen-  
tiam colendam.

CAP. XIII.

**S**olent item generis nobilitate clari-  
terrenęq; ascripti militia: ad irā esse  
impendio procluiores/ prēcipitesq;  
ferri in vindictā illatę iniurię. Leui  
nāq; verbo offensi pleriq; Stetorear  
voce detonant/ infremūt more leo-  
num/dentibus infrendūt vt apri/prorūpunt ilico in  
cōtumelias/dehinc strīcto ferro rem agūt/bella ciēt/  
sanguinem humanū effundunt. Quæ omnia inge-  
nerosi/imbecillisq; sunt animi argumenta:nō valen-  
tis seipsum edomare/ neq; iram effrenē reprimere.  
Putant illi(vt reor) glorioum esse & præclaro ho-  
mine dignum/nequaq; perferre iurias:sed illis pro-  
tinus obuiam ire/cōcitatoq; animo eas ferociter vl-  
esci/more Achillis/ Aiacis/& Alcibiadis. Ignauī  
vero hominis esse & socordis/perpeti contumelias  
& probra/neq; vindictam illis dignam inferre. Ve-  
rum sua opinione longe falluntur/ et de illorum sunt  
Efa. 5. numero qui dicunt malum bonum & bonū malū:  
ponētes tenebras lucem & lucem tenebras.neq; at-  
Pronet. 16 tendunt a sapiente Hebreo dīctum esse. Melior est  
patiens viro forti:& qui dominatur animo suo/ex-  
pugnatore urbium. Quid quæso distat tam seu  
percitus cestro quispiam/ atq; tam dira exagitatus  
erinnys scilicet ira/ab immani leone:ruente(cum cō-  
citatus ell̄ irę stimulis)in obiecta venabula/in gla-

dios/ in tela! Etenim vt huic nulla est ratio modera  
 trix animi; sed quo fert impetus/ irruit præcepis, ita  
 neq; iracundo excandescenti & instar fornacis suc-  
 censio/præsto adest rationis sententia/qua efferuen-  
 tem & ebullientem cohibeat animum, est enim ob-  
 tenebrata; & cæca perturbationis caligine obducta.  
 Ceterum perspiciant illi oculatius & discant: q; tri-  
 stes maneant exitus eos/ qui ira impellente quicq;  
 pœnitēdū perpetrarit. Meminerint(hortor) Alexā  
 dri magni: qui inter epulas & vīna Clytum amicū Alexander  
 antiquum ira inflammatus occidit. tanta deinde ce- magnus.  
 dis illius pœnitentia ductus est: vt sibi inedia mor- Clytus.  
 tem inferre destinari. Meminerit itidem (si sapiūt)  
 Theodosiū seniorē imperatorē Rhomanū/ alioqui Theodosi  
 bonum & singularem virtute virum/ ira efferuēscē-  
 tem: miserandam Thessalonicensium cædem præ-  
 cipiūt animo imperasse. Ob quod sane tetrum faci-  
 nus/a Beato Ambrosio templo illi interdictum est: Ambrosi,  
 donec publica & digna pœnitentia admissum di-  
 luisset scelus. Audiant qui hoc laborant morbo/  
 dominum in euangelio docentem turbas in mon-  
 te. Q uia irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Et Ia- Matth. 5.  
 cobum apostolum monentem: q; omnis homo sit Iaco. 1.  
 tardus ad iram. Ira enī viri/ iustitiam dei nō opera-  
 tur. Audiant deniq; apostolū salubriter exhortan-  
 tem. Sol non occidat super iracūdiam vestram. Te- Eph. 4.  
 neant itidem animo/ dictum esse a domino, michi Deute. 32.  
 vindictam: & ego retribuam. Cui respōdet illud sa-  
 pientis dictū in Proverbijs. Ne dicas: quo modo fe Prover. 24  
 cit michi sic faciam ei / & reddam vnicuiq; secun-  
 dum opus suū. Et illud etiā Ecclesiastici verbū.  
 Q uia vindicari vult: a domino inueniet vindictā/ &  
 D. iiiij.

## De vera

- Ecc. 28. peccata illius seruās seruabit. Relinque proximo tuo  
nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.  
homo homini reseruat iram: & a deo querit mede-  
lari. In hominem similem sibi non habet misericor-  
diam: & de peccatis suis deprecatur. Ipse dum caro  
sit reseruat iram: & propiciationem querit a domi-  
no. Quis exorabit pro delictis illius? Demum quē  
non terreat illa dei comminatio in eos qui manus  
suis humana cede polluunt & commaculat? Qui  
Gene. 9. cūq; effuderit sanguinem humanum: fūdetur & san-  
guis eius. Et illa. Omnes qui acceperint gladium: gla-  
dio peribūt. Rutsum & hæc superioribus eadē. Qui  
Math. 26. in captiuitatem duxerit: in captiuitatem vadet. Qui  
Apo. 13. in gladio occiderit: oportet eum gladio occidi. Itaq;  
vt hunc indomitum affectum/hanc rabidam & im-  
manem feram/ vinculis & frenis rationis alliges/  
constringas & coerces: opus est mi Iacobe man-  
suetudine animi/qua(s iirrogentur)æquo & imper-  
turbato animo perferas cōuicia & probra/ neq; pre-  
ceps in vltionem ferare. Necessaria est identidem ti-  
bi supradictæ virtutis pars clementia:qua in subdi-  
tos æquabilitet vtaris/ cum forte deliquerint. Siqui-  
dem non erit in eos insano furore debachandum: vt  
præclare commonefacit Cicero in primo Officiorū  
dicens. Prohibēda autē est ira in puniēdo. Nūq; enī  
iratus qui accedet ad poenam: mediocritatem illam  
tenebit quæ est inter nūmum & parum. Sed pro cri-  
minis admitti grauitate constāter i ipsos est animad-  
uertendum & seuere: seruata quidem clementia/qua  
ad veniam pronus inflectaris. Hæc namq; præclara  
est virtus/ & nobilissimos quosq; decens. quādoqui  
Mantuanus dēm vt ait Mantuanus; clementia reges efficit impe-

rō dignos. Et Cīcero in primo Officiorum. Nec ve- Cicero.  
 ro audiendi sunt/qui grauiter irascendum inimicis  
 putabunt:idq; magnanimi & fortis viri esse cense-  
 bunt. Nichil enim laudabilius/nichil magno & pr̄e-  
 claro viro dignius placabilitate atq; clementia. Proi-  
 de qui hac virtute insignes floruerunt: perpetua cele-  
 brantur laude/nullaq; artate obsolebet ipsorum glo-  
 rīa. Qualis Iulius Cæsar/vsq; adeo ad ignoscendum Iulius Ca-  
 facilis:vt Cīcero recte dixerit/ipsum nichil pr̄eter in- far.  
 iurias obliuisci solitum. Cunq; multas in illo virtutes  
 admiraretur:hāc vnam /supremam arcem culmēq;  
 tenere/ac superis persimilem reddere illum contesta-  
 tus est. Titus quoq; Cæsar clementissimus/adeo sā Titus.  
 guinis humani effusionē exhorruīt:vt mortem me-  
 ritos exilio damnauerit/atq; ad effodienda metalla  
 adegerit/ut ita scelerū suorum dantes poenas: vitā  
 traherent. Sabacus item Aegyptiorum rex/autho- Sabacus.  
 re Diodoro Siculo/intantum sanguinis animaduer Diodorus.  
 fionem horruīt:vt capite reos/damnatosq; /vinclos  
 catenis /operas vulgo per ciuitates pr̄estare iube-  
 ret/ne interimeretur. Laudatur & Alexander Ma- Alexander.  
 gnus de clementia, quem cum Olympias mater plu Olympias.  
 rimū v̄igeret ut tolleret insolentem/occideretq;:idq;  
 togaret per nouem menses quibus ipsum gesta-  
 rat in vtero/māsuete respondit. Aliam de me parēs  
 optima quāuis mercedem postula.hominis enim vi-  
 ta nullo beneficio compēsatur. Insuper Antoninus Antoninus  
 imperator ob singularem clementiam cognomento Pius.  
 pius appellatus est/pater patriæ nūcupatus/& iter  
 optimos habitus imperij Rhomani moderatores.  
 Qui hāc pr̄aeclarā Scipionis Africani sentētiā sem Scipio Afri  
 per habuit in ore/se malle vnum ciuē seruareq; milcanus.

## De vera

le hostes occidere. Deniq; nemo eius iullu/toto imperij sui tempore imperfectus fuisse traditur. Neq; his moderatione animi inferior censendus est Metel  
Metellus Macedoni  
cus.

Ius Macedonicus qui quis cum posteriore Aphri  
cano adhuc viuo grauiter & acerbe dissensisset: mor  
tuum tamen magna laude & præcipua veneratione  
prosecutus est. Cum enim (vt author est Valerius) interemptum Scipionem clamari audiuisset: in publicum se protipuit/mestiq; vultu & voce confusa: concurrete/concurrite (inquit) ciues. moenia nostra vrbis euersa sunt. Scipioni enim Aphricano intra sua moenia quiescenti: nefaria vis illata est. Idem filios suos monuit: vt funebri eius lecto humeros subiicerent: atq; exequias illius sua ornaret præsentia/ dicens non fore/ vt postea illud officiū ab illis maiori viro præstari posset. Cæterum longe illius prior est nostrorum (quos sacrae commendant literæ) mansuetudo. Quis enim non amplius mirabitur incredibilem sancti patriarchæ Ioseph clemetiā/ qui fratres suos a quibus primum morti destinatus fuerat/ & deinde venditus: benignissima recognitio ne humanissime in gratiam suscepit/largiter illachrymans siagulos exosculatus est/ frumento & pascuis locupletauit / copiosiq; donavit muneribus. Quis item merito non extolleth sancti Dauid regis mansuetudinem: qui in Saul capitalem inimicum suis manibus suis fortuitu oblatum/ & ad mortem illi facile inferendam si voluisset traditum / noluit extendere vtricem dexteram: quinimo & prostratum in bello tristī eluxit carmine/ vt unicum filium. Absalonem quoq; filium suum/ atrocissimum persecutorē vbi mortuum resciuit: multis prosecutus est la-

Gene. 4:4

Ioseph.

Dauid.  
Saul.  
Absalon.  
1. Regum.  
24 & 26.

2. Regū. 1.

chrytmis/expetēs pro ipso mortē subīre/quē suslīnū: Regū 18  
 erat regni occupatorē. Contra vero Syllæ cruentissimæ Sylla.  
 mi & sanguinarij viri/Neronis/Domitiani/& cæteri Nero.  
 torū consimiliū ita est nobilitata crudelitas/sic deca nus.  
 Domitia.  
 tata theatris imanitas:vt apud totā posteritatē ipso-  
 rū nomē cū ignominia & probro recenseatur/annu-  
 meretq; Busyridi/Diomedi Trachio/Phalaridi/Di Busyris.  
 onysio Syracusano & cæteris:q; apd̄ antiquitatē cru-  
 delitate sūt famosissimae/imanitateq; nephada notati. vt et  
 i sacrificiis literis Adonibezech:sub cui⁹ mēla septuagi Adonibez-  
 ta reges ap̄putatis manuū ac pedū fūmitatib⁹ collige zech.  
 bāt ciborū reliqas.sed sicut fecit:ita reddidit ei de⁹.  
 Iudi. 1.

**Nobiles a deieratione per dei & sanctorum nomē  
 abstinere/summo studio debere.** CAP. XV.

  
 Vmmpere præterea cauere debent  
 nobiles & bellicam exercentes militiā/  
 qui virtutis capiunt amorem:ne per dei  
 nomen aut aliud quippiam iurent in-  
 aniter & temere.& tanto sane diligen-  
 tius:quāto magis nostra (prohdolor)  
 tempestate inter aplicos & curiales hic execrabilis iu-  
 rádi mos inoleuit:& adeo quidē increbruit:vt raros  
 admodū iniensias hoc abominando vicio nō iquinat-  
 os.muchos vero passim offendas:qui praua consuetu-  
 dine & affiduitate iducti/ vix sententiā villā eloquā-  
 tur/cui non sit admixtum aliquod execrandum & ir-  
 reuerētiā sapiens iuramentum. Hæc porro morū  
 corruptela adeo altas fixit in complurium cordibus  
 radices:vt pulchrū ducat & eximū nobilitatis orna-  
 mentū atq; indicū/si infādis deierationibus (quaꝝ au-  
 dientium aures horrore concutiant:pariter & aera  
 contaminent) dicta sua suffulciant & corroborent.

## De vera

Eum denique sentiant maiore nobilitatis splendore insignitum: qui cum iuramentis crebro repetitis horrendas in deum conspuat/ euomatque blasphemias/ tanque Thesiphone aliqua tartarea exagitatus. non se cum perpendentes/ quod quicquid in ccelum expuitur: in expuentem (vt aiunt) recidit. Alij se angelo satthanæ furibundo ore deuouent. alij malum quippiam atque infausti/ sibi aut alijs euenire imprecantur: quo firmius asserat & solidius idipsum quod proponut/ aut stomachantem in alios suum animum eructent. Verum censendi sunt huiusmodi maledici & iuramentorum assertores: a vere nobilitatis titulo & nomine quia maxime alieni. neque rationem habere diuin*i*

**Exodi. 20.** praecepti/ quo iubemur non assumere nome dei nostri in vanum. Non attendunt illi quod in Deutero

**Deute. 6.** nomio dictum est a domino. Non usurpabis nome domini dei tui frustra: quia non erit impunitus/ qui super re vana nomen eius assumpserit. Non etiam deterret eos grauissima poena lapidationis/ inficta sanctione diuina ijs qui blasphemiae rei in veteri le-

**Leui. 24.** ge depræhendebantur. Educ (inquit dominus ad Mosen) blasphemū extra castra: & lapidibus obrus at eum omnis populus. Cur non timent isti sub legi libertatis & gratiæ/ dei contemptores eius extra castra consorti*j* iustorum: & aterne damnationis lapidibus/ sententiacque feriri? Obsurduerunt certe tales iurationibus vanis affueti/ ad verba domini euangelica:

**Matth. 5.** quisbus iubet nos non iurare omnino. neque per cœlum: quia thronus dei est. neque per terram: quia scabellum est pedum eius. neque per Hierosolyma: quia ciuitas est magni regis. neque per caput nostrum: quia non possumus vnu capillum/ album facere aut

nigrū. Sít autē (ait noster legislator Christus) sermo  
vester: est / est: non / non. Q uod autem his abundan-  
tius est: a malo est. Eandem sane euangelij sententia  
repetit beatus Iacobus dicens. Ante omnia autē fra  
tres mei: nolite iurare neq; per cœlum / neq; per ter-  
ram / neq; aliud quodcunq; iuramentum. Sít autē ser-  
mo vester: est / est: non / non. vt non sub iudicio deci-  
datis . Sed cur obsecro tam districte nobis prohibe-  
tur quoduis iuramentum? vt auulta iurandi consue-  
tudine: a perjurio longius distemus / q; vñs iurandi:  
ad peierandum sit facilis. Id vtq; comprobat Augu<sup>Augustin</sup>  
stinius: exponēs prædicta domini verba. Ita (inquit)  
præcepisse dominū intelligitur ne iuraretur: ne quis  
piam sicut bonum / appetat iurandum / & assidui-  
tate iurandi in perjurium per consuetudinem dela-  
batur. Idem quoq; in libro de mendacio. Dico vobis  
non iurate ex mino. ne scilicet iurando: ad facilitatem  
iurandi veniatur / de facilitate ad consuetudinem / de  
consuetudine in perjurium decidatur. Sic sane coele<sup>Matth. 5.</sup>  
stis disciplinæ magister optimus / trasceniam in fra-  
trem prohibet: vt præcidat materia homicidijs / quod  
plerūq; ex ira primā sumit occasionem . Sic deniq;  
videri mulierem ad concupiscendum vetat: q; huius  
modi intuitus ansam præbet / somitem & seminaria  
moechandi. A quo quidē moechia criminē semotio-  
res erimus: si ne oculos quidem ad aspectandam mu-  
lieris faciem coniecerimus. Ad hæc inhibetur cum  
tanta districione in yanum iuratorius sermo: q; is  
summā pariat illius per quem inaniter iuratur con-  
temptum: cuius nomē pro re vana / futili / nullius mo-  
menti / nulla id exigente necessitate / temerario ore af-  
sumitur. Dei autem contemptu: nichil indignius aut

De vera

Ecc. 23.  
detestabilius dari possit. Quocirca affectis autibus audiendus est omnibus Ecclesiasticus/ sollicito quocumque admonens. Iurationi non assuetos tuum: multi enim casus in illa. Nominatio vero dei non sit assidua in ore tuo/ & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue/a liuore non minuitur: sic omnis iurans & nominans in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniuritate: & non discedet a domo illius ruina. Et si frustrauerit fratrem: delictum illius super ipsum erit. & si dissimilauerit: delinquet duplicitate. & si inuacuum iurauerit: non iustificabitur. replebitur enim retributione domus illius. Quod profecto postremum sapienti vnu venire cospicimus; domum scilicet eorum qui execrandis & irreuerentię plenis assueti sunt iuramentis/paulatim decidere/repetina interdum subuerti ruina/subitas in ea mortes & tristes fortunae casus / quibus tandem funditus extirpatur. Porro inueniuntur nonnulli ex illustriſſimis Fracię regibus leges & decreta sanxisse: quib⁹ id abominabile malum ab hoc Christianissimo Rex Philip regno prorsus euellere laborarūt. Vt Philippus Augustus Auguſtus Fracorum rex suscepta coronatione regia quis adhuc adolescentes & fere decimūquartū aës annū: non ignarus quod impie plerique per Fraciā deieraret/ et exercabili deū blasphemia prouocaret/ legē tulit: si quis eius impietatis reus cōpertus esset/ in flumen aut paludēitra necē demitteretur. Quæ quidem cōstitutio mififice probada: vtinam nostra quoque temestate adamussim obseruaret. multos enim videres coelestium cōtemptrici iurationi assuetos demergi in fluuiū/ & ad messem vobis madidos: vt suę irreligiositatis poenas daret.

multos itē conspiceres supplicij metu deterritos: ab  
hac detestāda deieratione resipiscere. Sanctus itidē  
Ludouicus quōdā Frācorū rex & supradicti Philip  
pi Augusti nepos/execrabilia iuramenta & blasphemias  
proxima seuerissime prohibuit:decernens gra-  
uissimā illis infligēdā poenā/vtpote ferri cādētis cau-  
teriū & stigmatis iustitionē/qui huiuscē legis cōperit  
rētur prāvaricatores. Q̄z alienus autē fuerit rex ille  
pietate īsignis & armis/ ab hoc deierādī vicio:vel eo  
constat argumēto/q̄ cū interdū solitus esset more iu-  
ramēti assumere id dicendi genus (modo lingua lati-  
na cōtextū patiat orationis)in nomīne meī:& super  
hoc a viro quodā grauissimo rep̄hēderet / q̄ prope-  
modū accederet ea loquēdi ratio ad iuramēti speciē/  
& per apostolū iubemur ab ōni specie mala nos ab  
ſtinere:nūq̄ huiuscemodi dictū aut aliud qđuis aſſer-  
toriā/speciē iurbationis p̄fēferēs:ore suo deinceps ex-  
cidisse auditū est. Cūq̄ semel idē rex e Palacio Pari-  
ſiēſi descēdens/ audiūſſet ciuē quendā Parisianū ne-  
fāda blasphemia dei nomē deierasse:eius labra can-  
dēti ferro iurū iussit in cæterorū terrorē. Propter qđ  
obmurmurarūt nōnulli:poenā illam grauiorē equo  
& ſæuitiæ prop̄modū accedētē obloquētes. Qui  
bus respōdit p̄tēſſimus rex/se velle quidē labris suis  
cauterio perpetuā iuri notā:modo id enōrme deier-  
tionis nefas regno suo prorsus eliminetur. Dignum  
profecto optimo rege verbū/qui maluerit perpetuā  
pprijs corporis ſuſtinere ignominiā:q̄ quippiā i dei  
cedēs cōtumeliā i regno ſuo ſinere pullulare. Legū  
tur insuper horrēdæ punitioñes & plagæ a deo im-  
missæ ijs/qui i ſuī nominis ōni reuerētia & honore  
digni cōceptū ſpias eruperūt in blasphemias. Siqdē

1. Theſſa. 3

## De vera

ndrrat ecclesiastica historia libro nono capite quito  
Maximin⁹ φ Maximinus ioperator veræ fidei infensus / & crude  
lissimus ecclesiæ persecutor: dæmonico cōcitatus spi  
ritu / iussit componi carmina blasphema in Christū  
dominum nostrum & sanctos eius. curauitq; ea in  
tabulis descripta per vrbes passim deferri: & publice  
Libro no- in theatris ac plateis decantari. Verum deus in popu  
no cap. 8. lum illum tam facuam famem & subitariam misit pe  
stem: vt passim pauperes fame perirent / diuites autē  
Libro no- lue pestifera repeate extingueretur. Ipse vero Cæsar  
no. cap. 10 tati sceleris author / graui dolore percussus / & manu  
dei vtrice (quam vel iniutus sensit & cōfessus est) op  
pressus / impium sp̄itū exhalauit. Simile quiddam  
Cyrillus. etiam memorat Cyrus episcopus Hierosolymita.  
Augustin⁹ nus ad Augustinū scribens de puero duodecim an  
nos nato / & ob indulgentiorem solutionemq; educa  
tionē ludente pīla cum patre suo: vt illi mos erat. qui  
cū in blasphemias contra deum & sanctos eius pro  
rupisset / φ Iudus ei ex voto non succederet: a dēmo  
ne æthiopis formā iduto & iopiniato illuc adueniēte  
abreptus est / & ex hominū conspectu delatus. Con  
testatur idem Cyrus hoc referens / se proprijs ocu  
lis id triste vidisse spectaculū: φ eum hæc ageretur /  
prospectaret per fenestram domus suæ in locū vbi  
ea ipsa contigerunt. Demū multa his non dissimilia  
euenisse sapientius denarrantur. ad quaē deuitāda / quo  
niam horrendum est incidere in manus dei viuentis:  
Hebre⁹ 10 frenanda est lingua / cohibendum os / & compescen  
da labra / ab hac nefaria deierationis impietate. Nec  
minus a periurio & diris imprecationibus ( quibus  
sibi aut alijs quispiam male optat ) abstinentū. quo  
nā diuini iudicij aquitas periuros non sinit impu

nitos: & mala quę quis sibi iprecat<sup>9</sup> est/ in caput re-  
torquet imprecatis. Quod memorabili exēplo Nar-  
cissi episcopi Hierosolymitanī viri vtq; itegerrimi/  
cōprobat hīstoria ecclesiastica libro sexto. In quenā Narcissus,  
cap. 6.  
emuli cōcinnarūt fictū crimē: subornatis falsis testi-  
bus/ qui in iudicio testimoniuū perhiberēt admissi il-  
lius facinoris. Horum vero testiuū primus corā iudi-  
cibus iurauit se verum testari. Sin secus/ igni se con-  
sumptum iri exoptauit. Secūdus/ si non verum esset  
quod testaretur: regio morbo se corrūpi imprecatus  
est. Tertius se luminibus orbari optauit & expetiit:  
si non perhiberet verum testimoniuū. Narcissus vero  
eorum quæ obijciebātur infons ac innocens: decli-  
nauit strepitū iudiciale ecclesię/ & in desertos fugiēs  
locos/vitam egit solitariam. Verū testes illi periuri  
& perfidi/ non euaserunt diuini iudicij seueritatem.  
Nam cuiq; eorum quod sibi imprecatus fuerat/ de-  
mum euenit. Primus quidē ex parua ignis scintilla  
domo sua noctu succensa: cum omni familia sua &  
substantia conflagravit. Secūdus a pedibus vfcq; ad  
verticem capitis regio morbo repletus fuit/ atq; con-  
sumptus: vt sibi maledicens imprecatus fuerat. Ter-  
tius autem duorum sociorum suorū exitum videns/  
& manum dei vindicem in se quoq; venturā extime-  
scens: prorupit in mediū/ & audientibus cūctis vni-  
uersum cōcinnati criminis ordinem patefecit. Tan-  
tis autē lachrymis suū facinus deinde defleuit/ et tā-  
diu perdurauit in fletibus: donec oculis priuaretur.  
Ecce quo modo recto dei iudicio tres illi/ periurijs si-  
mul & dirę imprecationis iustas dederūt poenas.

**C**A ludis illiberalibus & in honestis/ nobiles  
se contineant.

**CAP. XVI.**

E.j.

**N**ec segnior tibi mi Iacobe cura fuerit  
 & solicitude cauendi a ludis illiberali-  
 bus/sordidis & minus honestis:quib⁹  
 pleriq⁹ nobiliū/ militiæq⁹ bellicæ addi-  
 cti/totus dies ac noctes iplican⁹. Qua-  
 les sunt ludi alearū/chartarū/& cōsimi-  
 les:vbi sors & fortuitus euētus / aut totā/aut præci-  
 puam habet ludi directionē/et lucrī dāniue causam  
 præstat. Enim uero recta ratione iudice/& adhibita  
 animi exactioris cēsura:qui huiusmodi sūt ludi/me-  
 rito/iureq⁹ optimo dānantur/ob grauia & cōplura  
 quæ exinde enascūtur incōmoda. ¶ Quorū id pri-  
 mū est & maximū:q⁹ taliū ludorū illecebriſ animus  
 iuuenilis facile capitur/trahiturq⁹ blanda quadā vo-  
 luptate eosdē semper iterandi. Hinc citissime impel-  
 litur in consuetudinē & assiduitatē ludendi:qua ni-  
 chil iuuentuti perniciōsius aut exītialius. Qui enim  
 ludis tesserarū frequenter occupantur:suis exhausti  
 pecunijs/aliena furto persæpe surripiūt/vt habeant  
 quo ludū cui sunt assuefacti/rursum exerceāt. ¶ Et  
 id nimirū secundū est (quod inde succrescit) malū:  
 cupiditas inquā pecuniae & auaritia/ad quā leuissi-  
 mis etiam alearū lusibus & tenella etas & senior fa-  
 cile inuitatur. Lusor enī omnis ea lactatur spe/ea du-  
 citur fiducia:vt lucretur/& vincat collusore. Hinc vt  
 lucrum lucro adiūciat/aut damnū acceptū futuro lu-  
 cro cōpenset:rapitur ardentissima ludēdi cupidita-  
 te/allicitur desyderio lucrādi,id præsertim vnico ex-  
 poscit voto:vt socij pecuniam quę pignori exposi-  
 ta est/sibi vēdicet. At vero hēc cupiditas insatiabilis  
 est/impellitq⁹ animū/yt quo impēsius illi fortuito lu-  
 do deditus est;eo amplius omnes ingenij neruos il-

li intendat/quoad voti sui cōpos euadat:ac cōsortis  
sui omnē emūgat pecuniā/& totam crumenā emul  
3 geat.¶ Ex hoc autē incōmodo & aliud proxime cō  
sequitur:vt pote grauis & nimiū deploranda tēpo-  
ris iactura/quod id genus ludis impēditur.Nēpe cū  
luditur alea pernox/cū quis perdius illi insitit:nō  
ne maior temporis portio quę serijs/grauibusq; ne-  
gocijs effet adhibenda/cōsumitur hac tam dānosa/  
inutili & infructuosa occupatione! Ardor enī lucrī  
nō sinit quepiam a ludo desistere:siue superior eua-  
dat: siue succūbat.Ignis ille cupiditatis animo succē-  
sus:inardescit acrius/& exuscitat rapidus īsanū ad  
ludi prosecutionē.Hinc nullius rei alteri⁹ quātūis  
arduæ/ ac necessariæ cura sollicitat animū:sed totū  
tempus/& diurnū/& nocturnū cōteritur ī hac lu-  
di vesania.cuius vt plurimū tum finis habetur:cū al-  
ter ludentiū totam (quā prēsens habebat) amisit pe-  
cuniam/ vt nichil reliquū habeat:quod futuri ludi  
sorti pro pignore exponat.Q uocirca beatus Ma- Maximus,  
ximus ī sermone de poenitentia præclare nos ad-  
monet/dicens. Tempus quod nobis furiosus tabu-  
la ludus solebat auferre:lectio diuina incipiat occu-  
pare. Horarum spacijs ī quibus solebamus cum  
damno animæ ī ludo detineri:visitentur infirmi.

4 ¶ Prætero assiduas rīxas & alterna iurgia:quę lu-  
dos illos fere comitantur. Inde surgunt cōtumeliae/  
conuicia/verbera/vulnera/mortes. Faceo iuramen-  
ta irreligiosa/blasphemias/execrationes/ impreca-  
tiones:quibus ī suū caput malū aliquod conuerti/  
intorqueriq; vix bene mentis compotes exposcunt.  
Quippe hæc consuetudinaria sunt mala/domestī-  
ca & quotidiana ijs qui ludis istis illiberalibus im-

E.ij.

## Devera

pendio oblectantur. Cæterum ad id venio quod ,  
plurimū angere debet / & graui premere solitudi-  
ne/quin potius omnino a ludo deterrere lusores. vt  
puta q̄ acquisita per ludum talarē/nō possunt a lus-  
crante licite tanq̄ propria detineri: neq; in suū vsum  
accōmodari. sed vt suę animæ consulat saluti: debet  
illa lucrans restituere perdenti/ aut in pios vſus sc̄is  
licet pauperum subuentiōnem conuertere. quando  
quidem ludus ille deo displicet/ inuisusq; habetur/  
turpis est/ & vtroq; iure cum Cæsareo/tum Pōtīſ-  
cio reprobatus/ manifesteq; prohibitus. Ob quod sa-  
ne nullus per ludum titulus iuste possessionis/ acqui-  
ritur in pecuniam tali lucro cōquisitam. neq; quod  
hac via partū est: bona fide & recta possidetur. In-  
iustus siquidem titulus/ pro nō titulo est habendus.  
Et male fidei possessor dicitur: qui contra legū in-

Qz ludus terdīcta mercatur. Enīmuero tricesima quīta distin-  
alearū est ctione cap. episcop⁹/ dicitur. Episcopus/presbyter/  
prohibitus vtroq; iure aut diaconus/aleæ & ebrietati deseruiens: aut desi-  
nat/aut certe dānetur. Subdiaconus autem/aut le-  
ctor/aut cantor/similia faciens: aut desinat/aut cō-  
munione priuetur. similiter & laicus. Insuper in Au-  
thentica/alearū vſus. C. de religiosis & sumptib⁹ fu-  
nerum/ & aleæ vſu & aleatoribus: dicit sanctio Cæſa-  
rea. Cōmodis subiectorum prōspicientes/ hac gene-  
rali lege decernim⁹: vt nulli liceat in publicis vel pri-  
uatis domibus vellocis/ludere neq; inspicere. et si cō-  
tra factum fuerit: nulla sequatur condēnatio. Quin-  
imo in Authētico de sāctissimis episcopis/para-  
pho/interdicim⁹/ collatione nona: prohibet p̄serti:  
ecclesiasticis viris ludus ad tabulas/pticipatio cū lu-  
detib⁹ aut inspectatio eorū/ sicut et ad q̄uis publica-

spectacula videnda cōcursus. Deniq; in Digestis de aleq; lusu & aleatorib; ea lex cōstituta legitur. Se natuscōsultum vetuit in pecunia ludere: pr̄aterq; si quis certet hasta vel pilo iaciendo/ vel currendo/ la liendo/ luctando/ vel pugnādo: quod virtutis causa fiat. Quocirca clarum est/ aleq; ludū (qui vt plurimū nō nīsi pecunia pro pignore deposita exercetur) hac lege ciuili vetitū esse & dānatum. Et quoniā vtrūq; sub disiunctione propositum est paulo ante: videlicet q; lucrans debet restituere lucrū perdenti/ aut in pios usus pauperū conuertere/ quoniam super ea re agitatur inter nōnullos controuersia: cōpluriū (quis bus grauissima est authoritas & mens fānior) iudicio/ non debet id lucrū restitui perdenti: quia simul in turpitudine ludi soci⁹ est/ sed potius pauperibus erogari. Ecce in quāto versantur suę salutis discrimini: ne: qui huiusmodi ludis prorsus sunt dediti/ nec resipiscunt. Quod amplius patescit eo exemplo: quod **Cyrillus episcop⁹ Hierosolymitanus** scribit ad be atum **Augustinum** de nepote suo octodecim ānos Cyrillus.  
Augustin⁹

nato/ qui vita defunctus apparuit patruo suo/ significauitq; se æternę addictum morti diuino iudicio: q; plus equo ludis delectaretur/ & nīmū illum affetum in vita/ salutari poenitētia non diluerit. ¶ Postremū huiusmodi lucrū nunq; affert fructum & cōmoditatem lucranti: sed vt infastū/ deuotum & extiale maioris dāni aut infortunij occasio est: quoniā iniusta ratione partū infoeliciter possidetur/ vt equ⁹ Seian⁹/ & aurum (vt aiunt) Tholofanū. Id attestatur **Cassiodorus** dicens. In sua natura honesta sunt lucra: per quę nemo leditur. Bene queritur: quod de nullis dominis abrogatur. Ex opposito igitur facile

E.iii.

## De vera

Hesiodus. deducitur propositū. Et Hesiodus inquit, Mala lus-  
Menāder. cra:æqualia damnis. Eadem accedit Menander dī-  
cens. Lucrū malum:damnū semper fert. Rursus idē.

Lucrum puta lucrum; si iustum est. Turpia autem  
lucra:calamitates pariunt. Et vbi nulla alia obueni-  
ret calamitas:certe ea grauis est quam dicit Augu-  
stinus. Lucrum scilicet in arca:& damnū in consciē-  
tia. ¶ Philosophorum insuper sententia damnatur  
eiusmodi. ludi:de quibus in præsentia habetur ser-

Aristoteles mo. vt Aristotelis quarto Ethicorū dicentis. Alea-  
tores/fures/& latrones:illiberales sunt. Turpi enim  
versantur in lucro/omnia nāq; causa questus agūt;  
& sustinent probra. Atq; fures quidem: capiendi  
gratia/maxima pericula subeunt. Aleatores autem:  
ab amicis quibus dare oportet lucrātur. Vtricq; igi-  
tur vnde non oportet lucrari volentes:turpi in lucro  
versantur.& omnes tales accipiēdi actus:illiberales  
sunt. ¶ Non tamen ludos omnis interdicere nobis  
est animus:quandoquidem multi liberales sunt/in-  
genuo homine digni & honesti, qui scilicet sola di-  
riguntur arte: ad moderatum corporis exercitium  
& bonam valitudinē apprime conduceat, quibus  
cum mediocritate exerceri cum tempus/locus & res  
efflagitat:probandū est. Qualis est ludus ejaculan-  
dī tela arcu/& ad signum mittere sagittam:ad rem  
bellicam non parum cōferens. Vnde Dauīd rex vo-  
luit populum Iudaicum insitui arte sagittaria:quē  
admodum sacra refert historia secūdi Regum cap.

2. Regū. 1. primo. Et præcepit (inquit) vt docerent filios Iuda/  
arcum. Ludus item pilæ cum moderatione factus:  
cōmendatur apud authores, quo quidem Sceuola  
rerum ciuiliū tractandis negocijs defatigatus:relax-

Dauid.

Sceuola.

xare animum solebat. vt testis est Valerius. Scipio Valerius.  
 vero & Lelius cum liberi essent arduis & graibus  
 rebus expediendis: calculos & cōchas in littore ma-  
 ris despaciātes/ colligere sunt consueti. vt idem cō-  
 probat author. Proinde recte definit Cicero & de-  
 terminat quid hac in parte agendum sit: in primo  
 Officiorum ita differens. Neq; enī ita generati a na-  
 tura sumus: vt ad ludum/ & iocum facti esse videa-  
 mur: sed ad seueritatem potius/ & ad quedā studia  
 grauiora & maiora. Ludo autē & ioco/ illis quidem  
 vti licet: sed sicut somno & quietib⁹ cāteris/ tum cū  
 graibus/ serijsq; rebus satissicerimus. Idem quoq;  
 paulo post. Ludendū etiam est quidam modus ad-  
 hibendus: vt ne nimirū omnia profundamus/ elatiq;  
 voluptate in aliquam turpitudinē dilabamur. De-  
 inū Plato in quarto de Republica dicit: q; pueri ita Plato.  
 tim a primis annis/ honestis ludis assuefaciēdi sunt.  
 Nam si minus decentibus assuescant: nunq; probi  
 viri euadere poterunt.

Ocium/torporem & somnolentiam: a generosis/  
 militaribus/ nobilibusq; viris/ summopere fugien-  
 dam.

## CAP. XVII.

 Nte omnia deuitetur a claris genere/  
 militiā professis/ & ad virtutis splēdo-  
 rē aspirātibus: ocīū/vacatioq; ab ope-  
 re honesto & labore/ cū debeant exer-  
 ceri. quoniā nutritx est/ & mater om-  
 niū malorum. Multā enim malitiā Ecc. 33:  
 docuit ociositas. Et inter iniquitates Sodomę præ-  
 states occasionem tantā abominationi: a propheta Ezech. 16:  
 enumeratur ocium. Propter ipsum seruus inutilis iu- Matth. 25:  
 betus proiçī in tenebras exteiiores: vbj erit fletus &

E. iiiij.

## Devera

2. Thessa. 3 stridor dentium. Et qui non vult operari (inquit beatus Paulus) non manducet. Porro hanc inertiam & laboris detrectationem tantopere damnat sapiens cum  
Prover. 24 ait. Per agrum hominis piger transiuit & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant virtutem & operuerant superficiem eius spinam & maceria lapidum destruxerunt.  
Prover. 20 Cita erat. Et alio loco. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo aestate & non dabitur ei. Rursus alio loco. Qui operatur terram suam satiabitur panibus: quia autem lectatur ocium replebitur egestate.  
Plato. Plato quoque suis dicere solitus erat. Ocio labores anteponite: nisi rubiginem splendori praestare putatis.  
Seneca. Et Seneca in libro de Clemetia. Emollit ocium vires: sicut rubigo ferrum. Fax immota torpet: ignem agitata restituit. Denique Valerius libro septimo in capitulo de sapienter dictis ac factis. Appium Claudiu crebro solitum dicere accepimus: negotium populo Rhodiano melius quam ocium committi. Non qui ignoraret: quam iucundus tranquillitatis status esset. sed quod animaduerteret / praeotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam agitari: nimia quiete in desidia resolui. Et sane negotium nomine horridum: ciuitatis nostrae mores in suo statu continuit. blandae appellationis quies: plurimis vicijs respersit. ¶ Ceterum quoniam ocij pars una est: cum quis nimio indulget somno/quo & corpus eneruatur / & animus emolle scit ac hebescit: adhibenda est illi certa (quam recta exposita ratio) mensura/ neque prolixior aequo admittendus est. alioqui bona corporis validitudini grauiter officiet: & animum reddet torpore marcidum. Hoc admonet sapiens cum dicit. Noli diligenter somnum: ne te egestas opprimat. Et alio loco pigrum seuerius ins-

crepitans / usq; quo piger dormies / quando cōsurges Prover. 6.  
 e somno tuo! Paululum dormies / paululū dormita-  
 bis / paululum conseres manus tuas vt dormias: et ve-  
 niet tibi sicut viator egestas / & pauperies quasi vir ar-  
 matus. Si vero impiger fueris: veniet vt fons messis  
 tua / & egestas longe fugiet a te. Nō abhorret ab hac  
 sententia illud Plauti dictum. Qui dormiunt libēter: Plautus.  
 sine lucro & cum malo quiescunt. Deniq; beatus Ber-  
 nardus ad fratres de monte. Quantum ad debitum Bernardus  
 continui profectus / nichil temporis tam perit de vita  
 nostra: q; quod somno deputatur. Porro itegra / ifras  
 etaq; hominis sospitas / ac incolumis animi vigor / in  
 suo tenore ac temperamento potissimum conserua-  
 tur: si quis ita vitam instituat / vt somnum nocturnū  
 ad multam diem non protrahat / sed stratum dilucu-  
 lo vel āte solis ortū relinquat / & matutinus aliquod  
 honestū agat opus. Testatur enim sapientia se ab ijs Prover. 8.  
 inueniēdam / qui mane vigilauerint ad eam. Et alio  
 loco / de eadē dicitur. Q ui de luce vigilauerit ad illā / Sap. 6.  
 non laborabit: assidentem enim illam foribus suis in-  
 ueniet. Proinde sapiens ad dominum verba dirigēt:  
 profitetur eum sub lucem ab hominibus colen-  
 dum / cum ait. Oportet præuenire solem ad bene- Sap. 16.  
 dictionem tuam: et ad ortum lucis te adorare. Hinc  
 beatus Augustinus non censet Christiano homi- Augustinus  
 ne dignum: adhuc lecto decumbere / cum exor-  
 tus sol suū iubar toto orbe resperferit. cuius sup nos  
 strum hemispherium ascēsum: debent (inquit) omnes  
 antelucanis & matutinis vigilijs præuenire. Et pro-  
 pheta psalmigraphus tempus orationis ad deum fa-  
 ciunde definies: mane (inquit) astabotibi & videbo. Psal. 5.  
 Ac tursum. In matutinis meditabor in te. Et iterū. Psal. 62.

## De vera

- Psal. 4. Vespere / & mane / et meridie / narrabo & annūciabo:  
et exaudiēt vocē mēā. Neq; id quidem ab re. Nam  
eo tempore vires / cum corporis / tū animi / per noctur-  
nam quietem instaurat: vegetiores sunt / & ad omne  
opus bonum / orationem inquam / studium / & alia  
exercitā / accommodatores. tunc lympidius est acu-  
men ingenij / ad perspicēdam veritatem . tunc ter-  
sior & purior mentis acies / ad cōsilia / & agitationes  
*demosithe* rerum arduarum. Vnde legitur Demosthenes ora-  
tor Atticus: opifices omnes Athenienses vigilijs ma-  
tutinis præuenisse atq; præoccupasse. Qui ergo ad-  
huc molibus in plumis stertunt / dum clarum mane  
fenestras intrat / qui tempus illud quibusuis rebus  
agendis aptissimum / sinunt sine honesta vītae actio-  
ne / inertī somno perire: quid præclarū / quid egregiū /  
qd deniq; memorabile eo toto die præstare poterūt:  
qbus animus nimiū diuturna quiete fractus & mar-  
cens / totus elanguescat? Audiant illi Ambrosium in  
Ambrosi. Officijs dicentē. Quis Christianus non erubescat si-  
ne psalmorum modulatione diem transire: cum mi-  
nutissimē aues solēni deuotione ortum diei præueni-  
ant? Attendant in Exodo scriptum esse / q manna  
tempore matutino a populo Israelitico colligebatur:  
quæ dulcedo erat refectionis eius. Ita diuinæ conso-  
lationis suavitatem in oratione & meditatione / di-  
scant matutino tempore melius percipi: cum anima  
post corporis quietem & ante diurnas occupationes  
liberior est / & ad diuinæ dulcedinis perceptionem  
dispositior. Adiuuabit enim deus eam ( vt ait psal-  
mus ) mane diluculo. Meminerint præterea de vi-  
ro iusto scriptum esse : q tradidit cor suum ad vigi-  
landum diluculo / ad dominum qui fecit illum. Et de
- Ecclesiast. 16.
- Psal. 45.
- Ecclesiast. 31.

domino nostro in euangelio: qdiluculo valde cont<sup>o</sup> Marci. 1.  
surgens egressus abiit in desertum locum ibiqz ora-  
bat. Et de sanctis officiosisqz in dominum mulieri Marci. 16.  
bus dicitur qdiluculo mane vna sabbatoru venerunt  
ad monumetum. Deniqz de amatoria illa Magdale-  
na, qd cum adhuc tenebrae essent: venit ad monu- Ioan. 20.  
mentum. Neqz suae sedulitatis mercede fraudat<sup>o</sup>  
sunt. Nam & rediuium viderunt dominum/ ado Matth. 28.  
raueruntqz & tenuerut pedes eius. Horu omniu di-  
scant ex exemplo/ nichil ad diuina munera impetranda  
aptius esse/nec ad ardua gerenda negocia cōgruētius:  
qz excusso somno prima luce ad opus suu cōsurgere.  
Qz nobiles a teneris vnguiculis sunt literis istituēdi  
& sciētiae p̄cipie d studio adhibedi. CAP. XVIII.

**N**illum autem præstantius ad ocij/som-  
niqz torpedinem excutiēdam remediu nobilibus: qz a tenella ætate bonis lite-  
ris institui/& hauriendæ a præceptoribz  
scientiae committi. quæ secundū est  
a virtute nobilitatis ornamentum: non  
mediocrem illi dignitatem adjiciens. vt dicit Cassiodorus. Doctrina facile exornat generosum: quæ etiā Cassiodorus  
ex obsceno nobilem facit. Et Seneca in epistolis.  
Siquid est aliud boni in philosophia: hoc est qz Seneca.  
stemma non inspicit. Platonem non accepit nobis-  
lem philosophia: sed fecit. Siquidem cum a paruulo  
doctrinam sibi acri studio cōparauerint: nō minus  
ea qz generis sublimitate ceteris p̄stabunt/mirificeqz  
enitescit illustri illius splēdore. Cūqz occurrerit in  
maturiori ætate temporis oportunitas / & dabitur  
ocium: libros libenter manibus versabunt/ euoluent  
annales veterū/historiarum lectione capiētur/nec vi-

## De vera

lum sine bona fruge tempus abire sînet. Sic sane antiqui nobiles factitarunt & quod eis supererat temporis a rebus ciuilibus aut bellicis agedis: in studio literario occuparunt. Ut Scipio Africanus superior Africanus, in medijs difficillimi belli apparatus bonarum artium studia non pretermisit: philosophorum scholas crepidatus frequetauit, ac post tot victorias ne animu tantarum rerum consciu insolescere pateretur: in eruditorum hominum familiaritatibus multaque libro Alexander rum lectione versatus est. Sic Alexander Magnus praeceptore usus Aristotele, praeclarus eruditione Aристотелес euasit. Quis enim bellica gloria teneretur, & bellum laudis & imperij per totum orbem ardore flagaret: tamen legendi cupidus erat, & Iliada Homeris (quam rei familiaris viaticum appellabat) Aristotele interprete perdidicit: eaque semper cum pugione sub puluino tenere solitus est. Et ad Aristotelē ex Asia inter ipsos armorum strepitus in haec verba scripsit.

Epistola Alexander ad Aristotelem. factum est: quod speculativas disciplinas edidisti. Qua enim re iam nos ipsi ceteris praeceleamus: si ea quibus eruditissimus studia coepirint esse omnibus communia. Mallem enim singulari disciplinae quam potentia possitare. Et in summa apud Lacedemonios, Athenies & Rhomanos deligebantur belli duces ac imperatores, simul & moderatores reipublicae: qui bonis literis, virtute & prudentia ceteros antecellebant.

Iulius Cæsar. Quid referam Iulium Cæsarem acerrimo ingenio virum: non minus literarum gloria quam rebus gestis clarum: qui eadem animi acrimoniam qua manu construit cum hostibus sua prælia descripsit: eademque dextera qua bella gessit, res a se gestas literarum monu-

mentis tradidit. Octavius itidem Augustus/literarū Octavius  
 amātissimus fuit & studiosissimus: neq; doctissimis Augustus.  
 sui tēporis viris inferior. Quid Plinium priorē me, Plinius se-  
 morem: qui sub Traiano Cæsare prouinciam admi- nior.  
 nistrans/tanto ardore prosequebatn scientias: vt tē-  
 pus omne sibi perire putaret/quod lectioni aut stu-  
 dio non impenderet. Plinius autem iunior huius ne Plinius iu-  
 pos/ab auunculi moribus non degenerauit. qui cum nior.  
 venationibus admodum delectaretur: semper cū ad  
 eas proficiseretur/stilum & pugillares secum attulit.  
 vt si manus ferarum capture vacuas:faltem plenas  
 ceras reportaret. Semper enī aliquid in via medita-  
 batur & annotabat: experiebaturq; ( vt ipse scripsit)  
 nō minus Mineruam q; Dianā errare in montibus.  
 Cato senior nunq; ad senatum venit/quin librū in si Cato seni-  
 nu gestaret: quem obiter legeret dum alij senatores or.  
 in curiam cōuenirent/& ne id quidem temporis pū-  
 etū inane præterlabi atq; effluere sineret. Robertus Robertus  
 item rex Franciæ/optimis disciplinis eruditus fuit/et rex Franciæ  
 literarum peritia singularis:vt qui nōnulla ad officiū  
 ecclesiasticum spectantia(quæ responsoria & sequen-  
 tias clerus appellat)non minus grauiter q; eleganter  
 composuerit. Et illa certe perpetuo durat lū ingenij  
 & eruditioñis monumenta:qua maiorem sibi gloriā  
 q; ex regio sceptro comparauit. Siquidē fato sceptra  
 cadunt:doctrinæ autem gloria/petennis. Quocirca  
 non possum non improbare nobiles nostræ tempe-  
 statis viros :qui dedecorosum iudicant & ignomi-  
 niosum filios suos literas callere. neq; sinunt eos  
 primis annis sub præceptoribus illas exacte perdi-  
 scere:sed a limine tantum salutare/vix summis deli-  
 bare labris/aut extremis digitis attingere. Qui cum

## De vera

sciuerint nomen suum monstruosis quibusdā & ineptis literarū formulis appingere chartæ aut membranæ/atq̄ portenta potius characterū efformare/q̄ veras describere literas;satis superq̄ docti habentur.Quid obsecro his parentibus est dementius:qui volūt quidē liberos suos diuitiarū/& ampli principatus hæredes relinquere:quę fugacia sunt bona/fluxa & incerta.literatū autē cultū & cognitionē eis dene gāt:quarū possessio stabilis/certa/perpetua.Hos me

Aristoteles  
Cap. I.

rito reprehendit Aristoteles in septimo Politicorū dicens/q̄ virtutis quidē satis habere se putat:quātū lūcūq̄ habeant.Diuitiarū vero atq̄ pecunia&potentia& fama& huiusmodi omniū:in infinitū excessum sequuntur.Et quomodo ipsi ad literas male afficiuntur:haud aliter suos filios affectos volunt/iuuenes hortantur vt illā ire viā pergent/& eidē incubere sectæ.Ceterū tā grauis morbus in eorū animis inuoluit:quia latet eos sciētiarū dignitas/decus & preciositas.quę inter prospera(vt ait Aristoteles)ornamentū sunt:inter aduersa vero refugium.& teste Quintilia

Aristoteles  
Quintilian⁹

node Institutione oratoria:ynicū sunt dolorū ierūnis leuamē.Quid nāq̄ aliud voluit Gr̄ecorū poetrū facile princeps Homerus insinuare per Vlīxē tot tēpestatibus acīū/quę naufragū & in alga maris demersum Nausicaa filia Alcīnoi regis Phēacū humaniissime fouit/& ad domū paternā perduxit:q̄ sapientiā in duris aduersitatibus vnicū esse presidiū:& sapientē(quę per Vlīxē in toto illo opere sub velamento/figmētoq̄ poetico designari voluit)etiā fluctibus eius/etū/perire non posse.Sic Bias vnuis ex septē sapientibus filio in Egyptū proficiscenti/rogantiq̄ patrem/quidnā agendo maxime illī gratū faceret/probe re-

Homerus.  
Vlices.

Nausicaa.  
Alcinous.

Bias.

spondit: si viaticum ad senectutē tibi compares/ vir-  
tutē nimirū & doctrinā intelligens. quæ ambo: opti-  
mū sunt ingrauescentis ætatis præsidium. Demū re-  
ctissime Plato beatas dixit esse respuplicas: si eas vel Plato,  
studiosi sapietiae regerent/ vel earum rectores stude-  
re sapientiae contingere. Ex aduerso igitur quid ni-  
si perdita & misera erit respublica: si ab ijs qui sapi-  
tiam odio prosequuntur/ & literarū ignari scientiam  
improbant, regatur? Non sane ita vitam instituit/  
neq; ea ducitur opinione/ aut hunc sequitur errorem  
mi Iacobe pater tuus illustrissimus/ in primis annis  
non ignobiliter literis institutus. Ex quibus nūc hoc  
capit commodi: q; temporis oportunitatem nactus/  
quotidie aliquot horas in bibliotheca sua (quā opus  
lente habet instructā) versatur/ & euoluēdis antiquos  
rum historijs/ rerūq; olim gestarū monumentis anis-  
mū intendit. Quia quidē ratione ocīū a se longe pro-  
pellit/ excutit torporē/ & desidiæ apud se locū esse nō  
sinit. Cū itaq; literis teipſū curauerit teneris sub. an-  
nis non illiberaliter imbui/ & puerilē tuā ætatē volue-  
rit percipiendis enīxe disciplinis occupari: debes re-  
uera studiose in eodem viuendi genere eius vestigia  
obseruare/ neq; ab hac recta via detorqueri. Libros  
igitur (cum datur oportunior hora) libēter amplecte  
re/reuolue/perlege. persuasūq; habe: nullum post vir-  
tutē dignius aut præclatius q; literas/accedere posse  
nobilitati ornamētum. sunt enim hēc duo/virtus in-  
quam & scientia: verē nobilitatis insignia. Iacta qui-  
dē sunt in te non infirma/nec imbecillia literarū fun-  
damēta: quibus nō parua adiecisti tuo ipsius studio  
incrementa. Non sīnas (oro) sparsa in tui animi agro  
semīna literarum sterilescere: aut expectata fraudari

fruge. non committas velim/ q̄ nulla ex tanta semente colligatur scientiæ messis. Non dimidiatam(mō neo) sed totam/ sed integrā Pallada cole. quę cū armorum & scientiæ dea apud Ethnicos sit habita; nō cōsumate/ neq̄ complete ipsam colueris si posita eoga/arma tantum deinceps tractes/ & nullam cū lite- ris rationem amplius habeas.

**C**Nobiles in victu parsimoniā seruare/crapulāq̄ & ebrietatem fugere debere. CAP. XIX.

AT vero quoniam ad voluptates cibi & potus propensio est humana cōditio: & nobilibus militarē vitā agētibus (qui in aulicorum & curialiū cetu diuersan- tur) multa suggeruntur ad gulam inci- tamēta: obsonia inquā/symposia/istrus- ctiſſima cōuiuia/ & splendide mensæ. tāto accuratio- rem debent operam adhibere ne ventris aut gula: ca- piātur illecebris/ne ebrietatis incurrāt infamia: quā- to plura habēt ad has vitæ fordes irritamenta. De- bēt & tenacius animo infigere dictum sapientis. Lu- xuriosa res vinū/ & tumultuosa ebrietas. quicq̄ his delectatur: non erit sapiens. Et alio loco. Quando sederis ut comedas cū principe: diligēter attēde/ quæ sunt posita ante faciē tuā. & statuæ cultriū in gutture tuo: si tamen habes in potestate animā tuā. Insuper ibidē crapulā & comediatē dānat: cū dicit. Noli es- se in cōuiuijs potatorū/nec in comediatib⁹ eorū qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacātes po- tibus & dātes symbola/cōsumētur. Cui vg/cuius pa- tri vg/cui rīxæ/cui foueæ/cui sine causa vulnera/cui ſuſſoſſio oculorum: nonne ijs qui cōmorantur in vi- no/ & ſtudēt calicibus epotandis? Ne intuearis vinū

Prouer. 20

Prouer. 23 sederis ut comedas cū principe: diligēter attēde/ quæ

sunt posita ante faciē tuā. & statuæ cultriū in gutture tuo: si tamen habes in potestate animā tuā. Insuper

ibidē crapulā & comediatē dānat: cū dicit. Noli es- se in cōuiuijs potatorū/nec in comediatib⁹ eorū qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacātes po-

tibus & dātes symbola/cōsumētur. Cui vg/cuius pa- tri vg/cui rīxæ/cui foueæ/cui sine causa vulnera/cui ſuſſoſſio oculorum: nonne ijs qui cōmorantur in vi-

no/ & ſtudēt calicibus epotandis? Ne intuearis vinū

Ibidem.

quando flauescit: cum splēduerit in vitro color eius.  
 Ingreditur blande / & in nouissimo mordebit ut cos-  
 luber: & sicut regulus venena diffūdet. Præterea Ec-  
 clesiasticus ad sobrietatem hortatur omnes/dicens.  
 Diligentes in vino noli prouocare: multos enim ex- Ecc. 31.  
 terminauit vinū. Aequa vita hominibus: vinū in so-  
 brietate. si bibas illud moderate: eris sobrius. Vinū  
 in iocunditatem creatum est: & nō in ebrietatem ab  
 initio. Exultatio animæ & corporis: vinum mode-  
 rate potatū. Sanitas est animæ & corporis: sobrius  
 potus. Vinum multū potatum: irritationem / & irā/  
 & ruinas multas facit. Amaritudo animæ: vinū mul-  
 tum potatum. Idem paulo post. Noli auidus esse in Ecc. 37.  
 omni epulatione: & non te effundas super omnem  
 escam/ in multis enim escis erit infirmitas. Propter  
 crapulam multi perierunt/ qui autem abstinenſ est:  
 adiijciet vitā. Cui plane sentētæ cōsonat illud Seneca.  
 cę in epistolis. Multos morbos multa fercula faciūt. №.  
 Demū Ecclesiastes capite decimo/temp⁹ & rationē  
 edēdi preſcribit/dicēs. Vę tibi terra cuius rex est pu Eccēs. 10.  
 er: & cuius príncipes mane comedūt. Beata terra cu-  
 ius rex nobilis est: & cui⁹ príncipes vescūtur in tēpo-  
 re suo ad reficiendū / & non ad luxuriā. Neḡ ab his  
 prēclaris vitæ degēdæ preceptis dissentīt philoso-  
 phi. Siquidē Cícero in primo Officiorū ait. Itaq; vi- Cicero.  
 ētus/cultusq; corporis/ad valitudinē referant & ad  
 vires:nō ad voluptatē. Atq; etiā si cōsyderare volu-  
 mus quę sit in natura hois excellētia & dignitas: in/  
 telligemus q̄ sit turpe/diffluere luxuria/et delicate ac  
 molliter viuere. q̄q; honestū: parce/cōtinēter/seuere/  
 sobrie. Et Plato cū in Siciliam nauigasset;mēſas Sy Plato.  
 racusias voluptatū ministras nīmīq; splēdidas dā-

F.j.

## De vera

nauit/suisq̄ scripsit se vidisse portetum in Sicilia & monstru: homines scilicet bis in die comedetes. tāta erat tēperatiæ cura apud antiquos. Eius verba sunt hēc. Quo cū venissem: illa beata vita qua ferebatur plena Italicarū/Syracusiarūq̄ mensarū/nullo modo michi placuit: hominē scilicet bis in die saturū fieri/& cetera quē comitantur hanc vitā/in qua sapiēs nemo efficietur vnq̄: moderatus vero multo minus.

Epistola  
Platonis  
ad amicos

Idem.

Idem quoq̄ in tertio de republica libro dicit. Vrbis custodib⁹ ebrietas/mollities/atq̄ ignauia: q̄ maximē habentur indecora. Illis etiā qui rempublicā gubernant: ab ebrietate tēperandū erit. Nulli quippe mis-  
nus cōuenit q̄ custodi ebrío: nescire quo terrarū de-  
gat. Rīdiculū profecto est/custodē custode indigere.  
Sed quis hominū/non sui custos designatus est: aut suę moderator reipublicę: in qua ratio dominetur/  
& pareat appetitus. Debent igitur omnes homines ab ebrietate tēperare: vt super suā stent custodiā/&  
creditūsib⁹ regnū recte/iusteq̄ gubernēt. Kursū eo-  
dem loco ait Plato. Carthaginensiū legem magis q̄  
Lacedāmoniorū laudo: vt nunq̄ in castris quis vīnū  
gustare audeat/sed toto militiæ tēpore/ aquę vsū cō-  
probarim. In ciuitate autē seruīs nunq̄ vīni vsus cō-  
cedendus est:nec magistratus tempore quo rempu-  
blicā gubernant vīno vtātur/ nec gubernatores/nec  
iudices/nec qui deliberatur in concilium vocatus  
est:nec villo modo in die/nisi valitudinīs gratia. At  
qui q̄dū hanc mortalem spiramus vītam: continue  
versamur in castris contra hostes animæ/ & assidu-  
am exercēmus militiā/in exitu vītæ primū finien-  
dam. Militia enim est vīta hominīs super terram.  
Quis igitur ab immoderato vīni vsu se cōtinere nō

Iob. 7.

debeat: ne intrinsecus illi rebellet hostis: ne seruus a Prouer. 29  
 pueritia delicate nutritus / postea sentiatur cōtumax  
 in dominum. Omitto q̄ multis / exitij & necis causa  
 fuerit ebrietas: vt Viriato Lusitano armis strēnuo. Viriatus.  
 Quem Cepio Rhomanus cū aliter vincere nō posset: duos satellites pecunia corrupti / vt ipsum vīno  
 sepultum perimeret. Quę victoria quia empta erat:  
 non est approbata a senatu. Huius / & sacrę literę cō  
 plura perhibet exēpla. Plutarchus item refert / Ale- Plutarch⁹.  
 xandrū Magnū ascripsisse grauia sua scelera furori Alexander  
 bachico: pœnitiebat enim eum q̄ talia cōmiserat alia  
 quando. Eum quoq̄ (inquit) Thebanorū sæpenu- Clytus.  
 mero calamitas afflīxisse dicitur. Clyti vero cædem  
 inter vīna factā / itemq̄ repudiatos in India Mace-  
 dones / vt qui īimperfectā adhuc militiā detrectaret/  
 ipsiusq̄ gloriā abiijcerent: ad Liberi patris iras om  
 nino referre solebat. Androcides authore Plinio sa Androci-  
 pientia clarus / ad Alexandrum Magnum scripsit: des.  
 intemperantiam illius cohībens. Vīnum potaturus  
 rex: memēto te bibere sanguinē terræ. Sicut venenū  
 est homini cicuta: ita & vīnū. Cuius præceptis si ille  
 obtemperasset: profecto amicos in temulentia non  
 occidisset. Asclepiades quoq̄ dicere solit⁹ est. Super Asclepia-  
 mēsam / prima crathera ad sitim pertinet / secūda ad des.  
 hilaritatem / tertia ad voluptatē / quarta ad insaniā.  
 Porro Anacharsis Scytha dicebat / vītem tres vuas Anachar-  
 ferre: primā voluptatis / secundā ebrietatis / tertiam sis.  
 mōroris. quo designauit ex vīni largius hausti vo-  
 luptate sequi ebrietatem / ebrietatis autē comitē esse  
 mōrorem & pœnitūdinē. Ad hēc / Plato ī tertio li- Plato.  
 bro de Republica scriptū reliquit / q̄ male ac turpis  
 discipline in ciuitate nulla potest major cōiectura ca

F.ij.

## Devera

pī:q̄ iudicib⁹ & medicis indigeat. Hoc enī nō le-  
ue est intēperantia: argumentū: illud vero iniustitię.  
Namq̄ homiñes medicis vt plurimū indigēt/ob lu-  
xum in viçtu & nimiū opípara cōuiuia: quibus de-  
grauata natura decidit a bona valitudine. Cuius q̄  
Bragmani dē rei & id indicio est/q̄ Bragmani apud Indos fe-  
runtur diuturnę admodū esse vitæ et viuacē exples-  
re etatē: ob singularē viçtu frugalitatē qua vtūtur.  
nam solis terrę frugibus viçtant cū tanta modera-  
tione: vt nulla morborū molestia/toto vitę tempore  
afflictetur/nec vllus apud eos medicinę sit vſus. So-  
la vtiq̄ apud eos medela & sanitatis conseruatrix:  
est parsimonia & viçtu tenuitas. Suo ipsi exemplo  
produnt/a veritate absonū nō esse quod asserit Boe-  
tius:naturam scilicet paucis/ minimisq̄ contentam  
esse. Quod & Seneca approbat/cum dicit. Panē &  
aquam natura desyderat:nemo ad hæc pauper est.  
Et Lucanus idipsum graphice expressit in quarto  
Pharsalia: ita mensarū luxum damnans.

**Lucanus.** O prodiga rerum  
Luxuries:nunq̄ paruo contenta paratu.  
Et quęitorum terra/pelagoq̄ ciborum  
Imperiosa fames:& lautę gloria mensa.  
Discite q̄ paruo liceat producere vitam:  
Et quantum natura petit. Deinde subiungit.  
Satis est populis/ fluuiusq̄ ceresq̄.

**Horatius.** Consonat eidem Horatius/dicens.  
Ieiunus stomachus raro vulgaria temnit.  
Rursum idem. Cum sale panis  
Latrantem stomachum bene leniet.  
**Cicero.** Vnde vt author est Cicero in Tusculanis libro qui-  
**Darius.** to/Darius in fuga cum aquā turbidam & cadaue-

ribus inquinatam bibisset: negavit vnq̄ se bibisse iu-  
cnudius. Cui præclare respondit unus ex circūstan-  
tibus / id ea causa factū esse: quia antea nunq̄ sitiens  
biberat. Similiter Ptolemeo peragrati Aegyptum Ptolemae  
(comitibus ipsum nō consecutis) cū cibarij causa so-  
lus panis datus esset: nichil (vt ait) vīsum illi fuit eo  
escuento delectabilius. Neq; id iniuria. Nā optimū  
cibi cōdimentū est / fames. Proinde authore Laertio / Laertius.  
interrogatus Diogenes philosophus quę hora esset Diogenes,  
comestationi congrua: probe respondit. habenti qđ  
comedat: hora est congrua / cum famescit. non ha-  
benti vero: cum habere potest. Eadē quoq; ratione/  
vt supradicto in Tusculanis loco memorat etiā Ci- Cicero.  
cero: cū Dionysius tyrannus cenasset: negavit se de Dionysius  
lectatum esse in cibo. Respōdit coquus. Minime mis-  
rum: quia cōdimenta deficiunt. Qui cum quereret/  
quae essent illa: respōdit. labor / sudor / cursus / fames /  
fītis. talibus enī / Lacedēmoniorū epulæ condītūr.  
Q̄ fugienda sit nobilibus luxuria / et colēda pros-  
borum virorum consortia. CAP. XX.



Erum certe est quod dicit Valerius: Valerius.  
a Libero patre ad incōcessam venerē Therētius.  
proximū intemperantiae gradū esse.  
quod & Comicus astruit dicens: q̄ si-  
ne cerere & bacho friget venus. Idē  
cōprobat sacer Hieronymus. Vēter  
(inquit) mero estuans / cito despumat in libidinem.  
Rursum idem. Ventrē distentum cibo: voluptas se-  
quitur genitaliū. Et ī epistola ad Furiam. Nō Aeth-  
nei ignes / nō Vulcania tellus / nō Vesuuivus & Olym-  
pus tantis ardoribus estuant: vt iuueniles medullæ  
vīno plenę / & dapibus inflāmatę. Denicq; in secūdo  
F. iiiij.

## De vera

libro cōtra Iouinianum. Eſus carnium & potus vi-  
ni/vētrisq; saturitas:seminaria ſunt libidinis. Q uo-  
cīra exacta cuiq; habenda eſt moderatio cibi & po-  
tūs:ne in libidinis venetę ſentinam incidat/ne hu-  
ius Scyllę rapacis/et Charybdis horrēdę voragine  
absorbeatur. A qua qui claris effulget natalibus/&  
nobili genere natus eſt/ſi verę nobilitatis ſtemmate  
vult inclarescere:ſibi ſūmopere cauere debet. ne ſci-  
licet vitam ſuā foedis libidinib; cōtaminet/ne pru-  
rientium voluptatū titillatibus illiciatur blandicijs:  
ne deniq; insidiosis carnis illecebris colla ſubiſciat/  
aut manus det vičtas. quoniā hęc blāda pestis/ bo-  
na externa profuse diſſipat/corpori pariter & ani-  
mæ plurimū incōmodat/partam obſcurat gloriam/  
& clarū/celebreq; prius nomen obtenebrat. ¶ Q uis i-

Quæ &  
quot mala  
proueniūt  
ex luxuria.

Luce.15.

Augustinus

Aristoteles  
cap.16.

primis pecuniam & opes profundat hoc prædulci  
melle tintū venenū/ignorat nemo:qui i ſacra Euā-  
gelij lectione versatus legerit filiū prodigum a patre  
digreſſum/ ſubſtantia ſuam omnē cum meretricib;  
cōſumpliſſe/& deinde ad extremam redactum ino-  
piam/ omniq; rerum nudum ſiliquas porcorū in  
cibum expetiuiſſe. Id & beatus Augustinus aſſerit

dicens. Luxuria eſt inimica deo/inimica virtutibus/  
perdit omnē ſubſtantia:& ad prefens voluptate de-  
liniens/futurā nō ſinit cogitare paupertatē. Deinde  
q; corpori magnopere officiat hęc dira lues: ex Ari-  
ſtotele in ſeptimo Politicorū perſpectū habetur/ibi  
dem dicēte/ q; masculorū corpora crescere impediū  
tur:ſi adhuc augente corpore/rei venereq; intendat.  
Itaq; naturale & legitimum corporis incrementum  
impedit intempeſtiua et præmatura venus. Inſuper  
& vitam reddit correptionem. Tradit enim Ariſto-

teles in libro de longitudine & breuitate vita/passer  
res breuiuscum esse vita: q̄ salaces sint/& in venerē  
pronī. Mulo vero diuturniorem esse vitam q̄ equo:  
q̄ nullus illi sit veneris vsus. Nascuntur etiam ex li-  
bidine venerea morbi q̄ plurimi & grauissimi. Hinc Iuuenalis.  
subitē mortes/atq̄ intestata senect⁹. Q uod nō sub-  
ticut Cicerō i libro de senectute dices. Libidinosa/  
intēperansq̄ adolescētia: effœtū corpus tradit senes-  
ctuti. Animo vero humano/multo graui⁹ nocet hēc  
pestifera tabes. Nā ipsum prorsus hēbetat/effœmi-  
nat/& emollit: neq̄ nominis neq̄ propriæ famæ/ra-  
tionem habere quēq̄ sūnēs/cæca pariter & excēcans.  
Brutescentem nimirū reddit hominē/stolidē pecudi  
persimilē:quinimo brutorū cōditione inferiorē/deo  
pariter & hominibus inuisū ac odiosum. Postremū  
q̄ partā egregijs ante rebus gestis gloriā/illustresq̄  
triūphos tollat hēc obscura nebula:exēplo nobis est  
Hānibal. qui post Tīcīnū clara nobilitatū vīctoria/  
Trebiā/Thrasumenū & Cannas/Cāpana luxuria  
corruptus:ita vino & venere solutus defluxit/ut fa-  
ctus sui dissimilis pristinam bellicæ laudis gloriam  
omnino labefactarit/& amiserit. Quēadmodū dicit  
Valerius.Cāpana luxuria/perq̄ vtilis ciuitati Rho-  
manç fuit. Inuictum enim armis Hannibalem ille-  
ccbris suis complexa:vincendam Rhomano militi  
tradidit.¶ Porro vt exitiale illud venenum cautius  
euitetur:fugienda sunt totis viribus/iners ocium/  
somnolentia/crapula/& quotidiana muliercularum  
consortia / crebraq̄ contubernia. quorum postre-  
mum:omniū facillimae incautum hominem p̄cipi-  
tare solet in triste libi dinis barathrū. Dicit enim sa-  
piens. Nunquid potest homo abscondere ignem in  
F. iiiij. Prouer. 6.

## De vera

Ecc. 9. **S**icut suo: ut vestimenta illius non ardeant: aut ambulare super prunas: ut non comburantur plātæ eius? Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui: non erit mundus cum tetigerit eam. Et Ecclesiasticus. Virginem ne conspicias: ne forte scandalizeris in decoro illius. Auerte faciem tuam a muliere cōpta: & ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierūt: & ex hoc cōcupiscētia quasi ignis exardescit. Speciem mulieris alienae multi ammirati reprobi facti sunt: colloquiu enī illius quasi ignis exardescit. Veniat castitatis amatorib⁹ in mēte ipsius.

**Dina.** Dīna raptus/ Sāpsonis interitus/ Dauid lapsus/ Sas  
**Sampson.** lomonis ruina/ Holofernis cēdes/ abscisū sancti Ios  
**Dauid.** annis Baptista caput: & pleraq⁹ alia priscorum exē  
**Salomon.** pla/ex sacris deprompta literis/ aut gētiliū historijs.  
**Holofernes.** quæ sole clarius produnt/ quanta viris impendeant  
**Ioannes.** occasione mulierū discrimina: si minus cauti fuerint/  
**Baptista.** ab his sibi cauere tēdiculis/ has euadere muscipulas/  
& decipula effugere quæ tantos viros illaquearunt.

**Isidorus.** Idem præclare monet Isidorus dicens. Si vis a fornicatione esse tut⁹: esto a muliere corpore & visione discretus. Circa serpentem enim non eris diu illeſus. ante ignem consistes & proximus: a periculo diu tuatus nō eris. licet ferreus sis/ aliquādo dissolueris. Ferreas enim mētes (vt ait Hieronymus) libido domat.

**Hieronymus.** Quinpotius repudiata fœminarū familiaritate/ q supra q̄ dīci possit/ periculosa sit: frequētanda sunt tibi studiosius mi Iacobe bonorum/ probatorumq̄ vi torum consortia/ quorum assiduo colloquio prudenter/ & exemplo melior euadere possis. quemadmodum scribit Cicero ita se a patre deductum fuisse ad Sceuolam virum vtq̄ grauissimum/ sumpta viri,

**Cicer. Sceuola.**

li toga:vt quoad posset & liceret/a senis latere nunqā  
discederet.Cuius quidem exemplo:adolescentes co-  
lere sapientes assuecāt/illorum dictis aures diligē-  
ter adhibeant / eorumqā facta imitari pro viribus  
contēdant.Nam vt testatur sapiens in Prouerbijis.  
Qui cum sapientibus graditur :sapiens erit, amicus  
stultorum similis efficietur.Hoc etiam præclare nos  
admonet Ecclesiasticus dicens.In multitudine prudē-  
tium presbyterorum sta & sapientiæ illorum ex cor-  
de coniungere:vt omnem narrationem dei possis au-  
dire/& prouerbia laudis nō effugiant a te.Et si vide-  
ris sensatū:euigila ad illū/& grad⁹ ostiorū illius ex-  
terat pes tuus.Neqā hēc sola tibi cura incubit/ut de-  
clines mulierum conuersationem saluti animæ perni-  
ciosam:sed & prauorum etiam virorum auerseris so-  
cietatem/tanqā exitialem & pestilentem.quoniam vt  
ait sapiēs:qui tetigerit picem/inquinabitur ab ea.&  
qui cōmunicauerit superbo:induet superbiam.Vnde  
Pythagoras monuit/ab animalibus quæ nigricātes  
habent caudas abstinentem esse.eo designans enī-  
gmate:a sodalitio eorum qui atram & deformem vi-  
cijs agunt vitam/esse cauendum.quoniam affecta-  
tores suos inficiunt improbitatis suæ exemplo/& ad  
sua pertrahunt scelera.Ediuero boni/cōtubernales  
suos reddunt virtutum suarum imitatione ad bonū  
alacriores/promptiores/& expeditiores.Id luculen-  
ter beatus Ambrosius in secundo libro Officiorum  
attestatur dicens.Plurimum itaqā prodest vnicuiqā:  
bonis iungi.Adolescentibus quoqā vtile:vt claros &  
sapientes viros sequātur.quoniam qui congreditur sa-  
pientibus:sapiens est.qui autem cohæret imprudē-  
tibus:agnoscitur.Et ad instructionē itaqā/bonis iun-  
Prouer.13.  
Ecc.6.  
Ecc.13.  
Ambrosi⁹.  
Cap.20.  
Prouer.13.

## De vera-

gi plurimū proficit:et ad probitatis testimoniū. Ostē dunt enim adolescētes: eorum se imitatores esse quibus adhēserint. & ea conualescit opinio: q̄ ab ijs viuē di acceperint similitudinem/cum quibus conuersandi hauserint cupiditatē. Quod deinde ibidem com pluribus veteris & noui testamenti comprobat exemplis/adolescentes scilicet grandioribus natu & prēclaris virtis consuetudine iunctos:ad magnā virtutis fru gē demum peruenisse. Eos hic nominatim exprime re dedita opera omitto:vt ex ipso potius sōte q̄ riuu lo hauriātur. Sunt & alia permulta virtutū officia: quae ipsam quoq; nobilitatē decent ac mirifice ador nant. Verū quoniā ea ex moralibus disciplinis (quas non ignauiter didicisti) & sacrarum literarum prēceptis/haud difficile colligi possunt:ab illis explicādis cōsulto supersedemus. satis ī te nostro esse factum officio rati: si præcipuas & primores virtutes quae ad nobilium spectant ornementum/ breuibus per strinxerimus.hæ siquidem consequio quodam cāteras secum trahēt/sibiq; ascendent comites:vt sunt vir tutes omnes vinculo quodam mutuae societatis con nexę reddentq; suos alumnos animi nobilitate spe ctabiles/& demum fœlicitate præclaros. Quod et tibi/& omnibus qui generoso animo ad meliora contendunt: summopere optamus.

## Opusculi Peroratio.

Aec ad nobilitatis complemētū/virtus temq; incitamenta/mi Iacobetibī non solum doctrinali/ sed etiam hortatorio sermone perstrinxi:teipsū sepius compellās/& quasi præsentem admonitorijs verbis alloquēs/sicut in Officijs Ci

ceto Marcū filiū nōnūq̄ iterpellat. Q d̄ eā ob rē a me  
factū dīnoscas. Nā cū a Reuerendo in Christo pa-  
tre ac domino Iacobo Ambasiano/dignissimo Epi-  
scopo Claromōtano/patrō tuo cū primis eximio/  
superioribus annis designatus fueri tibi moderator/  
ad literariā tenerioris tuae ætatis institutionē/ad ia-  
ciēda grāmatices fūdamēta/explícādasq; tibi mora-  
les disciplinas: neq; meam in te operam/oleumq; (vt  
aiūt) perdiderim.cū a nobis nuper digressus es/et ad  
militiam bellicam euocatus: volui post tuam abitio-  
nem hoc te libello familiarius assari/periinde atq; tibi  
præfēs essem.& ea tuis aurib⁹ instillare monita: que-  
si coram tecum agerem/tibi pro meo certe officio in-  
culcare deberem. Enimuero quoniam michi datum  
non est/tecum diutius (quod vtīq; voluissēm) ver-  
sari:studui scriptis explere/quod voce amplius non  
potui. Et quoniā loca magno nos interstitio dirimūt  
atq; disperant: enīxus sum saltē animo tibi strī-  
ctius coniungi/& literario internuncio tecum verba  
facere. Deniq; quoniā auribus haurire verba mea/ ti-  
bi posthac negatum est: effeci pro viribus/vt eorum  
loco/vel exaratum hunc codicillum oculis perlustra-  
res/atq; hac ratione/meo te semper ad virtutem hor-  
tādi officio vtcūq; satisfacerē. Existimā igitur cū hæc  
euolues/oculisq; percurres:me tibi præsentem assiste-  
re/atq; ista virtutū hortamēta sedulo ore deprome-  
re. Ita opusculum hoc lectites/periinde ac me coram  
loquentem audires:& quæ tibi ad probitatē compa-  
rādām conducūt/assidue suggesterentem. Efficiet enim  
hic animi affectus/per frequētem nominis tui inter-  
pellationē/in teipso inter legendum excitatus:& le-  
tiorem lectionem/& acriorem ardorem ad ea opere

## De vera

cōplēda quotū admoneris. Siquidē ita natura cōpara  
tū est/vsuq; venire cōspicimus/vt iucūdiora nobis &  
gratiora sīnt monita:quā ab amicissimo cognoscim⁹  
animo pfecta/et cū suauiloquētia dulcīq; alloq; ex-  
plicata/vt ab affabilitate/humanitateq; pficiisci cēseā  
tur. quā p̄t se fert sermo:ad eū qui admonet nomi-  
natī exp̄essū/habit⁹. Habet enī nescio qđ dulcoris  
& tenerioris affectus:nominatio propria ei⁹ ad quē  
verba facim⁹.beniuolum loquentis animū vberius  
testificatur/& eius ad quem verba diriguntur pene-  
tralia cordis longe efficacius permouet:q; si genera-  
lis tantūmodo habeat sermo:/& illi & cæteris ade-  
que cōpetens. Cæterū elaborauit præsens opuſcu-  
lum varietate respergere:tum sententiarū ex proba-  
tis authoribus depromptarū/tum exemplorum ex  
sacris literis/aut gentilium libris desumptorū. quo-  
niam omni operi plurimū ornat⁹ & gratiæ solet af-  
ferre varietas/copia/vbertas:& minime fastidiosa/  
tediūue ingerēs diuersitas.Nō aspernat⁹ sum in eo  
poetarum carmina/oratorūq; dīcta.quia p̄cipuū  
eorum qui cōmendati sunt id genus authorum/stu-  
diū fuit:suis scriptis homines ad virtutes prouo-  
care/& deterrere a vicijs.Philosophorum quoq; nō  
prætermisi sententias: q; luculentius & grauius de  
virtute/eiusq; officijs q; cæteri differunt. Antiquorū  
itidem historias de industria intermiscui:quoniam  
exempla plus habet ponderis & momenti ad mo-  
uendos animos q; verba.Sanguine vero tibi coniū-  
ctorum acta tibi interdum cōmemorauit:non qui-  
dem assentandi studio/aut ea prædicandi quā libē-  
ter audias/sed prouocandi teipsum alacrius ad illo-  
rum imitationem.Si enim minori Africano maior/

si maiorī pater/patruusq; exēpla domestica præbueret ad bellicæ fortitudinis laudem adipiscēdam: quid recta tuorum emulatio non conferet tibi ad assequendam virtutē? Si teste Satyrico: velocius & citius nos Corrūpunt viciorū exempla domestica/magnis Iuuēnalis.

Cum subeunt animos authoribus:

cur ex opposito nos ardenter non inflāmabunt vitæ tum exempla domestica? quæ vt proxima nobis: ita & gratissima sunt. Sanctorum etiam patrum qui doctrina celebres nostram religionem insigniter illustrarunt/citaui sæpius testimonia: quoniam probatis simi sunt magistri eorum quæ ad bene viuendū conferunt. Demum ex sacris literis cum sententias tū exempla deprompta/ in mediū sparsim adduxi: q; ille liber sit vitæ/virtutūq; omnium arca atq; promptuarī. Omnis enim scriptura(vt dicit apostolus ad Ti<sup>2</sup>, Timo.<sup>3</sup>. motheum) diuinitus inspirata; utilis est ad docendū/ ad arguendum/ad corripiendum/ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Stilum vero/dicendiq; characterem ita temperauit: vt apertissimo sermone contextus/facile ab omnibus capi possit. Reliquū est mi Iacobus: vt hæc libenter legas/lecta altiori mente recōdas/reconditaq; ad opus & actionem accommodes. Hac enim via/veram nobilitatem tandem assequeris. Vale fælix/& tui Ludoci perpetuo memor.

**C**Completū in alma Parisiorum Academia: anno Domini/virtutū & sciētiatum authoris/millesimo/ quingentesimo/duodecimo/septimo Calēdas Septēbres. Per Hēricū Stephanū artis ipressoq; industriū opificem:ex opposito Scholē Decretorū habitantē.

# De vera

Fo.	Index capitum huius libelli.	Cap.
3	Quid nobilitas / & quot eius species.	I
4	Quænam sit duarum primarum nobilitatis specierū adinuicem habitudo.	II
5	Adhuc de eodem nobilitatem scilicet virtutis q̄ generis præstantiore esse.	III
6	Qz nobilitas generis / a virtutis splendorē primā acceperit originem.	IV
8	Qz ob generis nobilitatem non est animo intumescendum.	V
10	Quadruplicem nobilium & ignobilium cum genere tum virtute modum / desumi posse.	VI
12	Qz filij virtute maiorum suorum & gloria prouocari debent adres præclaras agendas / virtutemq̄ colendam.	VII
15	Nobilitatis & ignobilitatis vestigia / in anima libus rationis expertibus inueniri.	VIII
17	Qz generis nobilitas / scripturæ sacræ & probatorum authorum testimonio: hominem reddit commendabilem.	IX
18	Nobilitatem generis / ut vera & perfecta sit: virtutibus esse adornandam.	X
19	Qz nobilibus habenda est imprimis in deum religio / & diuini cultus reuerentia.	XI
22	Animi fastum / & tumidam aliorum despicien tiā / a nobilibus esse summopere deuitadā.	XII
24	Qz nobiles fugere debent iniustam rapinam / & in omnes iustitiam seruare.	XIII
27	Nobilibus iracundiam vitandam esse / & clemētiā obseruandam.	XIV
30	Nobiles a deieratione per dei & sanctorum nomen abstinere / summo studio debere.	XV

- 33 A iudis illiberalibus & in honestis nobiles se  
contineant. XVI
- 36 Ociū/torporem/& somnolentiam:a genero-  
sis/nobilibusq; viris sumopere fugiēdā.XVII
- 38 Q; nobiles a primis annis sunt literis institue-  
di/& sciētiae p̄cipiēdē studio adhibēdī.XVIII
- 40 Nobiles in vietu parsimoniam seruare debe-  
re/crapulamq; & ebrietatem fugere. XIX
- 43 Q; fugienda sit nobilibus luxuria:& colenda  
proborum virorum consortia. XX

¶ Errata plerisq; in locis depræhensa/ & recognita.

Fo. Pagi. Li.

1.	2.	eis.	p̄cōtatitibūs.legēdū p̄cōtātib⁹.
2.	1.	mus.	carthaceū scriben,chartaceum.
4.	1.	vix.	vcoe legēdūm.voco.
10.	1.	iāne.	literis.scribendum.litteris.
11.	1.	co et.	æditis.legendum, æditos.
12.	1.	Est in.	æquis.scribendum,equis.
16.	2.	Post.	Aekton.scribēdum . Aethon.
16.	2.	pto.	Mafatissa.legēdum.Masinissa.
19.	1.	ador.	sollicita.scribendum.solicita.
23.	1.	pe.	semei. legendum.semel.
23.	1.	vos.	Idcīrco audiēdus est dicens.le- gendum.Idcīrco audiendus est Ecclesiasticus dicēs.
29.	2.	lus.	Aphricano.scriben ,Africanō.
30.	1.	delita.	nephāda.scriben,nefanda.
31.	1.	tres.	neq; per terrā.legēdū,neq; per.
45.	2.	ptis.	explicaādis.legēdū, explicādis.
Caterū supradicta errata:in cōpluribus folijs et ma- jori fere parte sūt castigata/et ex officina emēdata.			

F I N I S.

**I**oannis Multiuallis Tornacensis/ad lectores de-  
casthicum carmen.

Quæ sit nobilitas syncera/quis inclytus ortus  
Noscere si cupias:hoc manifestat opus.  
Stemmata/virtutis placido clarescere nexu  
Edocet:& mores/sanguinis esse decus.  
Illustres itidem/quibus ipsa scientia cordi est:  
Eximio dignos cenlet honore coli.  
**Q**uod præstans igitur virtus/& Palladis artes  
Nobilitant hominem:differit iste liber.  
**Q**uem genere insignis/necnon ignobilis/æque  
Perlege:quo vere nobilis esse queas.  
Valete.





Österreichische Nationalbibliothek



+Z174578002



Österreichische Nationalbibliothek



+Z1745780002





